AZ.
LE III
XI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXI
A
39
NAPOLI

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI

De Europę diſſidijs, & Republica

AD ADRIANVM. VI. PON

De tumultibus Europæ.

AD HENRICVM. VIII. AN-
gliæ Regē de Rege Gallię capto.

AD EVNDEM DE REGNI
adminiſtratione, bello, & pace.

DE EVROPAE DISSIDIIS
ET BELLO TVRCICO.

ISOCRATIS Athenienſis
Areopagitica orō de rep. athenieſi

EIVSDEM ISOCTATIS AD-
iutoria oratio ſiue Nicocles de mo-
narchia Viue interprete ad
Thomam Cardinalem Angliæ.

[illegible]

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

IOANNES LODOVICVS VI-
VES ADRIANO SEXTO
PONTIFICI MAXI. S

BEATISSIME Papa & vicarie dei omnipotentis, deterruit me ratio negociorum tuorum, ne quid ex quo auditum eſt te Pontificẽ Max. eſſe deſignatũ, ad te ſcripſerim. Nam inter tot gratulantium epiſtolas & voces nullum putaui litteris meis locum futurũ. Nunc tandem remiſſo illo animorũ feruore, qui nouis magiſtratibꝰ atq; honoribꝰ ſolet excitari, maturum mihi viſum eſt pauca verba S. T. ſcribere, iam principi Sacerdotum & pietatis Chriſtianæ, qui ad Decanum Louanieñ ſcripſi, qui ad Epiſcopum Dertuſenſem. Neq; enim dignitate moueor, tametſi in terris ſumma ac preſtantiſſ. quam tamen indignis quoq; contigiſſe hominibꝰ ſcimus omnes. vir optimꝰ venerabilẽ reddit optimum honorẽ, & tum demum proſequuntur hoĩes iuſta reuerentia dignitatem, quũ in illo eſſe vident, quẽ etiam priuatum ſuſpicerent & adorarent. Rident q̃ ſceleſtum hominẽ, & facinoribus obrutũ,
Sãctiſ ſanctiſſimũ patrẽ nominaturi ſunt, & dant
ſimꝰ eum titulũ non ſententię animi ſui, ſed con
pater ſuetudini loquẽdi. pudetq; vicarium Chri
Vica- ſti eum nuncupare, quem ſuum nemo vel

let

let. At quãta veneratione perfundi putas illos, qui ſanctiſſimũ de ſolis moribus nominaſſent Pontificem maximũ veterum illorum ſimilẽ in eremo ſeminudum, & ſolum oleribus victitantem. Perſtringit oculos noſtros fortunæ ſplendor, non cogit animos. Tu qdem ad faſtigium rerũ humanarum ſola vita innocentiſſi. acta euectus oſtendiſti locum adhuc eſſe virtuti, eiuſq; reſpectum non ꝓſus humanis mentib⁹ excidiſſe. Et vt liceat verum dicere, ſuperiorum Pont. vita effecit, vt maximum in terris ornamentũ ipſe ornaſſe videaris. Excogitãtur tituli conſuetorũ diſſimiles, quibus adearis tu illorum põtificum, quos noſtra vidit ætas, diſſimillim⁹. Ne pigeat hæc audire, quẽ non piget aliter viuere, ꝗ̃ vixerunt illi. niſi velis homines contrarios mores eiſdem laudibus honeſtare. Nõ impetrabis hoc a libertate publica, vt interea dũ tu illorũ vitã actionibus tuis reprobas, nos eam orõne noſtra comprobem⁹. Sed de tuis laudibus & alias audies, & ab alijs doctius, atq; accuratius. Nũc á me paucula more meo ſimpliciter quidẽ, ac imperite accipies, cęterum amoris & obſeruantię in te meæ pleniſſ. Nam niſi me opinio ac iudicium animi mei de humanitate ac manſuetudine tua vehementer falſum habuit, confirmatum tamen plurimis experimen

rius Chrĩ

 tis,

tis. non reijcies Ro Pontifex epiſtolã ei⁹, cuius Epiſcopus Dertuſeñ non es aſpernatus, neq; enim te ſic mutauit tanta dignitas, vt virtutes ſummas ac ſingulares, quas in te vnicas ſemp̱ laudauim⁹, ſemp̱ admirati ſumus, quæq; te ad iſtum ipſum honorem perduxerunt, vel ademerint, vel minuerit. Patieris igit̃ te paucis admoneri ab alijs forſã periti⁹, á nullo ꝓfecto amãti⁹, q̃ a me. at q̃ prudẽter aut cõmode, ipſe exiſtimaris, qui vt recto monitori auſcultare, ita non capi á prauo didiceris, Idcirco qualiſcunq; hæc admonitio futura eſt, in te non erit p̱iculoſa, nã & bona ꝓderit, & nõ oberit mala. Quo die nunciatũ nobis eſt te amplisſimis comitijs Pontificẽ ſummũ declaratũ eſſe, alij q̃dem oẽs incredibili tenebãtur lætitia, Ego vero qui felicitatẽ humanam non opibus, aut potentia metior, nõ tam gaudebam, q̃ amici vicẽ eram ſollicit⁹. Gaudebã equidẽ cõtigiſſe virtuti aliquod ex iſtis noſtris prẽmijs, ſi modo nõ oĩa ad ſubtilẽ illam exactamq; Philoſophorũ, & Stoicorũ præcipue, ſeu Chriſtianorum verius formulã redigimus. Gaudebam datũ aliq̃n nõ ambiẽti, quod ambiẽti ſoleret, valuiſſe tantũ virtutẽ, quantũ opes, fraudem, impoſturã. Gaudebam tibi, qui æ meritus es, contigiſſe, & optimo viro maximũ eſſe mandatũ honorem. Tum etiã da

tã tibi occaſionẽ oſtendendę, ſeu vt aptius dicam, exercendę probitatis, & prudẽtiæ tuæ. rebus præſertĩ adeo collapſis, & tanta materia bñ faciendi. Sed hinc mea naſcebatur ſollicitudo, eſſe rem Chriſtianã in eũ ſtatum adductam hinc bellis, hinc turbis ab hominib⁹ praue ſentientibus excitatis, vt reſtitui priori gradui non min⁹ ſit operoſum, & difficile, q̃ pulchrũ & omni laude digniſſimum. Tũ etiã vnde aliȷs gaudiũ naſci ſolet, inde mihi triſticia ſuboriebat, ꝙ præceſſoribus tuis melior eſſes. ita enĩ res ſũt á multis illorũ tã diu adminiſtratę, vt quũ tibi diſpliciturę ſint, tñ hoc vſu & áſſuefactiõe tã diuturna mutari á te vix poſſint, & tñ mutãdas eſſe tu ac oẽs diui atq̧ hoĩes cenſem⁹, mutari oẽs cupim⁹, ac tu inprimis. His de cauſſis & rationib⁹ nõ æque tibi gratulandum cenſeo, cui contigit altiſſimus in mortalitate locus, atq̧ excitandus es, vt modicus iſte animus & vere ſanctus, res ampliſſimas incipiat cogitare, & iſto faſtigio congruentes. Adhortãdus ne defatigeris in negocio tam vario, tam difficili, tam moleſto, quo minus dies ac noctes in id incumbas, quomodo tanto muneri ſatiſfacias, & actionem ad ſuſceptam perſonam attemperes. ne quum tota tua ſuperior vita ſumma ſit tibi cum laude acta, & ad perſonas quas ſuſtinebas,

conuenientiſſime, nunc in poſtremo actu, quod procul abſit, deficias, quũ plauſus excitãd⁹ eſt. Duo ſunt, q̃ á te poſtulant̃, atq; expectant̃, quies ab armis inter principes, quies a tumultib⁹ inter priuatos. Reliqua in præſentia omittam. De his duob⁹ paucula quædã diſſerã libere, vt cœpi. Equidẽ ſcio alia auditu iucundiora, & poſſem dicere, ſi vellem, ſed hęc quæ dixi, ac dicam, vſu potiora inuenientur. Nemo ex me quærat, quid tu non apud Pontificem eſſe putas, q̃ hæc & meliora conſulat? ego vero & plurimos, ſed magnitudo Pontificatus facit, ne vnq̃ nimis multi conſultores eſſe videantur, præſertim vbi Pontifici licet auditis oĩbus, quod optimum factu ſit eligere, nec cogitur, vt quemq; audiuit, ex templo id exequi. Nec illa quæſtione velĩ premi, an non melius hæc Pontifex ipſe? Certe meli⁹ multo, ſed conſilia omnia, & admonitiones tollat è vita neceſſe eſt, quiſq̃s non vult prudentiorẽ moneri á minus prudente. Quis Princeps conſuli ſibi patietur, ne dicam moneri ſe, ſi conſultores omnes hoc ipſo quod cõſulunt, peritiores ſe ac prudentiores eſſe præ ſe ferat, & ꝓfiteatur? Itaq; audies ipſe, quæ nõ ignoras, & hoc magis ad perficienda, quæ ſanctiſſ. cogitas excitaberis, quũ idẽ alios quoq; cupere intelliges, Et erit hic aĩo tuo ſtimulus

Quies ab armis & tumultib⁹

non

nõ ſegnis, ꝙ videas optare hoĩes int⁹ exte riuſqꝫ tranqllitatem.neqꝫ nunc vero ſic, vt alĳs temporibus, quũ ſola vota faciebant, & optare poterant magis, q̃ ſperare. De te autem tanta eſt in mẽtibus omniũ opinio, tanta fiducia, vt ſperẽt facile, quod optãt, confidant, quod ſperant, factũ prope cre dant, quod confidunt. Cõmouit ante acta vita tua hãc de futuris expectationẽ, vt in tegrũ iam tibi non ſit, aliter agere, q̃ quod omnes ſperãt, q̃ quod vniuerſis conſenſus pro te publicus ſpopondit. niſi cunctos ve lut efflagitantes creditores fallere ſemel ſu ſtineas. quod facere nõ potes ſine magna inuidia etiã iſti⁹ tantæ celſitudinis. de qua tam male multi ſuſpicabũtur, vt eius vitio mutari credant mores eorũ, qui illuc aſcen dunt. Oẽs quæ ſcripſeris, quæ geſſeris, no runt. ſi tu, quod oẽs ſibi promittunt, reme dium non affers tantis malis, quæ poterit eſſe in poſterum ſpes? quẽ fieri optabunt Ro. Pontificem, vt feſſis labefactiſqꝫ reb⁹ ſuccurrat? meliorem te? at nullus ſperatur Parẽ? difficile inuentu, ſed mutabit hono re. nam peioris qd attinet vel meminiſſe, ſi meliorẽ corruperit fortuna. Hic fidẽ dei atqꝫ hominũ implorabis, ſi ꝙ fueris priua tus optim⁹, non ideo liceat nunc tibi ſimilẽ eſſe præceſſorum tuorum. hæc eſt condi tio rerum, ſic ingreſſus es in vitã, vt natu

rę leges cōmutare nō poſſis. Sapientiſſ. viri dictū illud eſt, duriorē eſſe conditionem ſpectatæ virtutis, q̄ incognitæ. Bñfacta ꝑ debitis exigim⁹, quæ aliter eueniūt, vt decepti ab his infeſto aīo reprehendim⁹, mediocris virt⁹ illi, á quo nulla certe expectabat̄, magnæ laudi vertit. q vero ſui expectationē aliquā fecit, nō niſi ampliſſimis illā factis implet. Q̄ṛ q̄ gaudere nimirū debes obtigiſſe tibi materiā, in qua ingeniū, ꝓbitas, prudētia tua poſſint eniteſcere, ac exercēdo augeri. Nā illa torpēt, ſi qeſcāt. & vires amittūt, vt vent⁹ in plano concitat⁹, aut ignis cui nihil fit obuiū, quod incendat. Optabant veteres illi bellū, vt virtutē in eo, vigoremq; animi & corporis oſtētarent. Optari poterit tibi, ſed longe diuerſa ratione. Illi.n. vaſtādo, ſternēdo, occidēdo, cladē ſtragēq; longe faciēdo ac late magnā laudē, darū nomen, immortalē parari gloriā arbitrabāt̄, vt eorū memoria ſacroſancta eſſet mortalib⁹, q magnā mortaliū partē deleuiſſent, & n̄ eſſent humano generi chari, q adeo hoīes oderāt, vt plurimos de poſſeſſionib⁹, de fortunis, plurimos de vita deieciſſent. & grati bonis hoībus eſſent, quibus ſolis bellū faciebant latronib⁹ & cōſceleratis comitati ac adiuti. Quāto tu recti⁹ atq; ad ipſam hoīs naturā accōmodatius? amicū te fore hoīm genti exiſtimas,

Gloria ex bello

ſi eos

ſi eos inter ſe feceris amicos: gratum oĩb⁹,
ſi odiũ ſuſtuleris, ſi effeceris, vt ſuæ cuiq;
fortunę, vxor, liberi, amici grati ſint: quod
ſola pax p̄ſtat. Quãto id humani⁹, recti⁹,
meli⁹, quod nõ ſolũ Chriſtiani optimũ &
ſanctiſſ. factũ noĩarunt, ſed ethnici quoq;,
Senecę oẽs, Cicerones, Platones, Socrates.
Decet hoc magis & bonũ virũ, & Chriſtia
nũ, & Epiſcopum, & principẽ Epiſcopo-
rũ. Sed ꝓfecto ad tantã impudentiã non ꝓ
grediar, vt ẽt de officio tibi tuo p̄cipiã. Nõ
diſſerã, quid te deceat, nec ex humanitate
tua tãtũ mihi licẽtiæ arrogabo. cui fuerit ſa
tis, q̄d abs te ſperẽt hoĩes, ĩdicaſſe. Quãq̄
ne hoc q̄dẽ ignorare te arbitror, niſi digni
tatũ grad⁹, ꝑ quos ad iſtud culmẽ ꝑueni-
ſti, oẽm priuati hoĩs cogitationũ memoriã
ſẽſũq; excuſſerũt. Recordare q̄d priuat⁹ a
nouo põtifice optaris, facile cõ̃ijcies q̄d a te
deſideret. Vtinã prĩcipes oẽs aliq̄n in pri-
uata vita verſati eſſent, quãto facili⁹ ſubdi
torũ neceſſitatib⁹ obſecũdarẽt, & diſcerẽt
ſuccurrere miſeris, nõ ignari & ipi malorũ
Nũc cõtra nati, & educati inter regias opes
indulgẽtiſſ. ſẽ ꝑ vſi fortuna, calamitates ci
uiũ q̄ nõ intelligũt, ridẽt. Ita ꝓ nihilo ha
bẽt ꝓpter ſuã vel rixulã vel ãbitionẽ, vel a
uariciã, vaſtari agros, villas, & oppida ex
cidi, populos gẽteſq; vnica belli ꝓcella ab-
ſumi, florẽtiſſ. natiões, & firmatiſſ. regna

fundit⁹ interire. Nō putant ſe reges, niſi has afferant humano generi ſtrages. Hinc nomen, hinc gloriam parari ab aſſentatoribꝰ audierunt, q̄ in publico bono egeni, malis publicis magni atq; potentes ſunt. Nec videre poſſumus ſine gemitu, nec referre ſine lachrymis greges ſenum, & paruulorū abiectos medijs foris, & ante ſacras ædes lamentantes mediocres, interdū etiā amplas ſuas fortunas direptas ab hoſtibꝰ, nonnunq̄ ab amicis militibus, & quod indigniꝰ eſt, combuſtas. Nam ſi raptę tantū eſſent, hominibꝰ ſaltē prodeſſent. nunc noua ratio gerendi belli excogitata eſt, vt incendantur oīa. Galli noſtra incenderunt, nos nunc victores gallica, illi rurſus per occaſionē collecta manu noſtra, finiſq; ſit breui nominis Chriſtiani, ſpectaculū Turcæ gratiſſ. quū nos ipſi miniſtri ſimus votorū illius. niſi q̄ mitiorem illum credo, q̄ vt ſic vellet in nos ſæuire, aut certe ſaniorē, q̄ vt vellet pdere, quæ victor poſſidere poſſet. Quæ ſic vnq̄ belligerauit Barbaria, vt nec ſibi pateretur prodeſſe victoriam, nec hoſtiꝰ hoc illorum eſt qui perditi ſpem oēm. & cogitationem vitæ abiecerunt. At nos pulchrum id ſi deo placet, & magnificum ducimus. Hoc demum putamꝰ vincere, ſi ſentiāt ſe victos eſſe, q̄ vincuntur. & verum fiat vetus illud a crudelitate quorūdā

Belli mala

Incendia in bellis

dedu

deductum, Quid victis aliud q̃ męror? Fe
ros & Barbaros populos Græci Romaniq;
deuicerūt, erepta tātū iniurię licētia, & opi
bus, & artibus, & moribꝰ locupletiores, in
ſtructioreſq; ex victoria reliquerunt, vt
præſtaret ab eiuſmodi magiſtris vitæ vin
ci, q̃ illos vincere. Et illa inter ſe gentiles,
q̄bus incerta erat animorū immortalitas,
nihil dictum de Charitate, non vnum au-
dierant humani generis parentē, non a di
uino magiſtro cōmendatam atq; adeo iuſ
ſam patientiam, prohibitā vindictam, non
audierant ab oraculo nihil prodeſſe homi-
ni, ſi vniuerſum mundū lucretur, animæ
vero ſuæ detrimentū patiatur. Nos Chri
ſtianos a deo ipſo hæc oīa edoctos, & inter
quos vel leues eſſe rixas deſtomachabatur
Paulꝰ, nihil pudet tantas ſtrages edere ho
minum ēt immerentium, ita vt mitiꝰ pu-
gnaturos appareat cum vrſis aut leonibꝰ,
q̃ cum Chriſtianis. & iſta faciunt, qui inter
hæc non exhorrent patrē appellare Chri-
ſtum, quū ipſi Chriſti filios non fratres ſed
hoſtes eſſe ſuos arbitrēt. Nec tremūt, quū
preliū inituri vota Chriſto faciūt, nulliꝰ rei
magis inimico, q̃ belli, nempe vnius amici
cię prædicatori, & commendatori, vniꝰ di
ſciplinæ pacis magiſtro, ſolius Charitatis le
giſlatori. hoc eſt, inquit, præceptum meū Chri
vt diligatis inuicē, Quid igitur præcepto- pręce

ri

ꝑtum ri Charitatis cũ tot aĩs odio tumentib⁹, & exulceratis: vt ſi quis quæ Chriſt⁹ præcepit, cũ ĳs, quæ nos agimus cõferat, commentitiã nos, & ridiculã agere fabulã iuret, quum ſacris interſum⁹, quum Chriſtiani & dici, & haberi volum⁹. Scio quid iã dudũ iſta legens cogites, vellem, ſi ꝑ illos liceret. Fortaſſis rem inuidioſam dicã, ſed certe non min⁹ verã, & ad præſens inſtitutum in primis vtilẽ. Hęc tibi ſcribunt vni, quo aptius & ſimplici⁹ loquar, eo me exiſtimare debes tui decoris, & publici cõmodi ſtudioſiorem, qui contempta propria vtilitate, etiam cum inuidia moneam, quę in rem eſſe tuam communemqꝫ videantur. Sunt beatiſſime pater nonnulli docti homines, qui proximi & probati principibus magnaqꝫ apud illos authoritate, quũ de bello conſuluntur, ita de iuſto & iniuſto bello diſſerunt, vt facile ex eorum oratione anſam Principes alioqui in ſuos affectus proni & præcipites arripiant exiſtimandi quodlibet bellum modo placeat, iuſtum eſſe. Prætextus & colores nunq̃ deſunt, dum non deſit facultas, & occaſio. Qui ſi aliter cenſerent, ac diſputarent, iniecta in Principum animos religione, cohiberent ac reuocarent homines ad arma ꝓclives & affectionibus impulſos. Tuum eſt pater ſanctiſſime ex præceptis noſtræ

Suaſores belli

pie

pietatis, quorum interpres mundo præſi-
des, docere & Principes & Principum cō-
ſultores, bellum hoc inter fratres, et quod Bellū
plus eſt, initiatos eodem baptiſmate, ini- inter
quū, ſceleratū eſſe, contra fas, contra piū, fratres
necſecus, q̄ ſi mēbra corporis eiuſdem in-
ter ſe dimicēt ex Pauli doctrina, iuxta quā
apud deū iam non eſt Gręcus, aut Iudæ9,
aut Gallus, aut Hiſpanus, quiſquis per
CHRISTVM renat9 eſt, ſed noua creatu
ra. quod qui cogitant, & exequuntur, pax
ſuper eos. Si tu ita doceas, primum tantus
theologus, deinde vir optimus, tum Prin
ceps noſtræ religionis, ſi ita ſtatuas vica-
rius in terris maximi Dei, quis in contra-
rium, vel tantæ erudionis diſputare, vel
iſti9 edicti niti, aut ſine impietate poterit,
aut ſine noxa audebit? Sed hoc loco ſint
iſta nobis ſatis dicta. Nunc ne te publi-
co bono occupatum diutius interpellem9,
paucis de gete religionis noſtræ agendū
eſt, & eo parcius ac modeſti9, quod apud
ſummū Pontificē, & virum tanta doctri-
na verba facimus. Vides qualicunq; cœpe
rint affectu, progreſſos tamen eſſe homi-
nes quoſdam extra vetita ſepta, & firma-
ta partim diuinis legibus, partim antiquo
Eccleſiæ conſenſu ac ritu auſos impete-
re. Huic malo quemadmodum ſubueni-
endum ſit, non crediderim te ignorare.
Vetus

Vetus verbũ eſt ciuitatis imperandi prudentiſſimæ, imperium eiſdẽ artibus retineri, quibus initio partũ ſit. Repetamus origines illas magnitudinis hui⁹ Eccleſiæ. quid nobis modo faciendũ ſit, ibi videbimus. quorum vel tutius, vel cõmodi⁹ exẽpla poſſumus ſequi, q̃ eorũ, quibus ita opitulata eſt virt⁹ diuina, vt hęc ex p̃uis initijs tam aucta nobis reliquerint? Omni memoria tumultibus Eccleſiæ occurſum eſt indictis conuentibus patrũ, quod generale conſilium vocam⁹. hæc vna eſt medicina morbis etiam, qui deplorati putabantur. Ibi expoſitis vel querelis, vel rationibus, quib⁹ adducti erant, qui parum recte ſentirẽt, cognitis morbis præſentia remedia adhibebant. Nulli morbi periculoſiores ſunt, q̃ q latẽt. Nulla ſanies noxia magis, q̃ quæ nõ exprimitur. Multas inimicitias ad capitale odium adultas ſcimus, ꝙ vel occultæ creuerint, vel purgare virus expoſtulãdo aut iurgando non licuerit. Coijſſe in amicitiã videmus, qui rixa aliqua conceptum dolorẽ effuderunt. hinc illud vulgare, amantiũ rixas eſſe amoris redintegrationem. Ferũt aliquot & noſtra & patrũ memoria Pontifices conſilium non ſecus ac venenũ deuitaſſe, ꝙ dicerentur vereri, ne aliqd ſuę potentiæ fortunæq́, cõſtitutis cleri morib⁹, detraherentur. Male cuſtodit potentiã me

Conſilium

Conſiliũ metuerũt multi

tus

tus. Et ſi ſæpe ſuſpectus qs ſit, pro manife ſto habetur. Quale argumentū eſt innocē tiæ, refugere cœtus & libera iudicia? non exiſtimare ſe tutum fore, ſi de meliore rerū ſtatu conſulatur? neq; id ignorāt multi, idcirco ſignū conſcientię interpretant, etiā vbi culpa nulla ſubeſt, q in diſqſitionem ꝑdire non audēt. Tibi vero nihil tale metuēdum eſt. Primū in iſta animi tui moderatione, quæ libenti⁹ lætiuſq; ſine tanto fortunæ ſtrepitu viueret. deinde in moribus ſāctiſſimis, ac orbi vniuerſo ſpectatiſſimis, poſtremo in conſciētia mētis tuę, quæ quū nō terret, oīa vndiq; ſecura ſunt. Ergo expedit indici cōe toti Chriſtianę genti conciliū eo loci, ad quē ſi quis nō venerit accerſit⁹, non loco videat diffiſus, ſed conſciētię. Ibi humanis oībus ſepoſitis affectib⁹, ſumptis tantū modo Chriſtianis, hoc eſt diuinis, de tota cauſſa graui⁹ & accuratius cognoſcat. Quæret aliquis, qd igitur an nō grauiſſime eſt iā & diligētiſſ. cognitū? vt maxime ſit, quid tn̄ illis facias, q hactenus priuatis tantū premi ſe authoritatib⁹, nulla publica, nulla ſatis graui exiſtimāt? Iſtis ē aliq dandū. & nō contēnenda tot aīarū millia, ꝑ quib⁹ Dn̄s paſſus ē. Quāto tumultu, qbus apparatib⁹ vna turcarū ciuitas oppugnaret? ex qua alij diffugerēr, nē baptiſſareut, alij baptiſſati ſuū ſemper reitnerent

Mahumetē, pauci boni eſſent. Ecce tibi tot ciuitates baptiſſatas, deflexas de via. ſuſci piatur laboris aliquid, vt ſenſim redeāt in viā. prę ſertī cū facilis ſit initio opera. quæ nulla ꝑficiet, ſi res, quod auertat deus, inualeſcat, & tempore vires atq; incrementū ſumat. Neceſſaria res eſt conſiliū, ēt ſi hęc tēpeſtas non incidiſſet. Eadē opera multa poterūt fieri cōpendia, multis obuiā malis ibitur. Alia ſunt ēt cōplura, ſuper quibus oportet in Eccleſia conſultari. In eo conſilio magna cū placiditate animi ac cōmoditate, queadmodū faciendū eſſe ꝓbe noſti, de ĳs ſolis & inquiratur & ſtatuatē reb⁹, quæ ad ſummā pietatis ſpectāt, ad ſanctos mores. Alia quæ in vtramq; partē diſputata contentionē poſſent ſcholis ſuppeditare, nec vllā facit, quomodocūq; diffiniant, vel religio iacturā, vel bonorū morū inſtitutio, In gymnaſia, & diſputantiū circulos, liberaſq; opiniōes, & ſectarū placita referant. Ne dum oīa mordic⁹ apprehendim⁹ non tam dicta videamur damnare, q̄ dicentē. & quum aliquid fortaſſe dubiū pro certo atq; explorato, aut indifferens pro neceſſario tradim⁹ feneſtrā prauis & verſutis hominibus ſiniſtreq; oīa interpretantib⁹ aperiamus, ſuſpicandi pleraq; oīa eſſe talia. noſq; incompta pro certis affirmare. quæ ſuſpicio quantū hactenus aduerſarios adiu

uerit dici nõ poteſt. dum enĩ quis tanq̃ ruẽti Eccleſiæ conatur opẽ adferre, atq; illam ceu Atlas quidá fulcire, fragiles & putres bacillos ſubiecit, qui ẽt inter admouendũ confracti ſunt. ea dixerunt, atq; aſſeuerarunt, quæ partim ambigua pro certiſſimis tradita, partĩ friuola pro ſolidis, alias ridicula pro maxime ſerijs, pro veriſſ. vaniſſima, ex cœno quorumdã libellorũ hauſta pondus ac robur ſuæ cauſſę detraxerunt, addiderunt contrariæ. vt non aliter viderentur facturi, ſi præuaricari & acuto vafroq; ingenio aduerſarijs commodare in animum induxiſſent. alij concionibus, alij priuatis colloquijs, alij ſcriptis. Ex quibus fuere quidá, qui nec ſuis, nec aduerſarij ꝑpenſis viribus cum fortiore congreſſi vehementer cauſſam totam afflixreunt. quũ ex illis oẽs cenſerentur. Alij ad hoc inducti ſunt pietate quidẽ, ſed inconſulta. & zelo dei, ſed non ſecundum ſcientiam. Non nulli q; ea ſit ſua exiſtimatio de ſe, vt neminem credãt adfuturũ, ſi abſint ipſi. quẽ admodum dixiſſe olim quendam accepimus. ſi ipſe eam, quis manebit? ſin vero maneam, quis ibit? Sunt qui nonnihil vel á populo captabant auræ, vel auri á potentibus. rati iuxta Pauli ſententiam quæſtũ eſſe pietatem. Inter hæc quis locus ad ſcribendum magno viro & aliquid allaturo

vtilitatis? quũ tãta turba ẽt claros occultet, dũ nemini oẽs vacat cognoſcere. nec ſit, q optimũ quemq; & legi dignũ indicet. vno quoq; ſe, aut eum cui addictus atq; adiuratus eſt, reliqs præferente. nec content⁹ ſua ſuffragio extuliſſe, aliena premit. iniuriãq; interpretat̃, non modo ſi cui ſecund⁹ habeat̃. ſed ẽt ſi ſecundus exiguo ſubſequat̃ interuallo. Ita res geritur, priuatis commodis non publicis. nec ſpectat̃ quantũ quiſq; poſſit iuuare in cõe, ſed quantũ pecuniæ redíturũ ẽ, vel noĩs. Ergo magni viri pti in dignitate deſpõdẽt aĩos, parti deſpatiõe ꝑfect⁹ tacẽt. Prima debebat eſſe cura, ni ego fallor, ac nũc debet eſſe, ne qlibet paſſĩ ſcribat. Deligant̃ prudentiſſime atq; acerrimo iudicio q hoc agãt. & qui ſcribẽt, aſſumãt ſecũ iudiciũ in conſiliũ, non impetũ. Chriſtũ, nõ humanã libidinẽ. cœleſte præmiũ, nõ diuitias. laudẽ a deo, nõ ab hoĩb⁹. eorũq; ſcripta cõciliũ vniuerſæ eccl'æ accuratiſſ. examinet. vt cõi cõſenſu, q̃ videbunt̃, apꝓbet, ac confirmet. reliqua partim reijciat. partim ſi ambigua fuerint, vel obruat ſilẽtio, vel tanquã materia det̃ ingenijs exercẽdis. Hæc ego beatiſſ. pater multis prætermiſſis, & aliud in temp⁹ dilatis, ſanctitati tuæ auſus ſum ſcribere, non fiducia ingenij, aut prudentiæ meæ, quaſi meliora ipſe mihi inuentur⁹ viderer, quã alius quiuis,

ſed

ſed ꝓbitatis, & manſuetudinis animi tui, quę vltro ad ſe plurimos inuitat. Tũ amore publicæ Europæ totiꝰ concordię, quam non poſſum nõ ingemiſcere ſic inter ſe diſciſſam tanto oĩm damno conflictari, populum, quẽ Chriſtus ſanguine ſuo redẽptũ vnũ in corpꝰ Charitate velut glutino quodã coagmẽtari præceperat. Poterã de tuis laudibus longiſſimã orõnẽ ſcribere, nihil admonẽdo. id forſitã alŋs Pont. gratiꝰ fuiſſet. ſed eo liberior, & ꝓcul magis omni aſſentatione fuit aĩus, ꝙ ad te hæc mittenda erant, & nulla opum ſpe ducebar, quæ tibi ampliſſimæ ſuppetunt. tantũ amore in te veteri acconfirmato, & obſeruãtia in iſtiꝰ tuæ dignitatis non ditionẽ ſed maieſtatẽ. Tuũ erit boni cõſulẽdo pręſtare, ne mihi vel inconſultus amor, vel immodica pietas fraudi ſint. neue cõmeruiſſe videar, dũ bene mereri ſtudeo. Reliquum eſt Chriſtum maximum obteſtari, vt quæcunqꝫ ſtatueris, approbet, feliciterqꝫ euenire ſinat. Vale beatiſſime Papa, & vere ſancte. Louanŋ .Xŋ: Octobris .1522.

IOANNES LODOVICVS VIVES HENRICO.VIII.REGI ANGLIAE INCLYTO S.

IN credibiles animi mei erga maieſtatē tuam & obſeruantia & amor efficiunt, vt quemadmodū feliciſſima tibi opto oīa, ſic euenire vehementer gaudeam. opinione vero mea de virtute. ac prudentia tua iā olim adducor, vt occaſionem tibi aliquā & quaſi materiā ſuppeditari cupiam, qua Ingentem iſtā animi ac ꝓbitatis tuæ lucem proferas, tum ad gloriā tuā, tum ad cęterorum Principū exemplum. Pręſentis vero temporis occaſio compotē me voti mei videtur effeciſſe. Cepiſtis tu & Carol⁹ Cæſar Franciſcum Galliæ Regem. nunc ſpero anniſuros vos, atq; eam nauaturos operam, vt intelligant oēs non pręſentes modo, ſed etiā poſteri, ad quos tantæ rei fama dimanabit, non tā vos illū in veſtra habuiſſe poteſtate, ꝗ vos ipſos. nec in ius ac ditionem conceſſiſſe temeritatis fortunæ. quin vos poti⁹ in illā dominatos. Nec his tā proſperis rebus factos inſolentiores. ſed meminiſſe inconſtantię rerū ſecundarum, varietatiſq; caſuū humanorū. ac reputaſſe cū animis veſtris, quod illi accidit, potuiſſe cuiq; veſtrū, quod ꝓhiheat De⁹, accidere. quippe oīa omnibus ſunt communia. nec humanę ſorti exemptus quiſq̃ eſt. Quocirca &

ca & bona ſpes eſt vos moderate victoria vſuros, nec ſæuituros in gentem innoxiã, & præſidio deſtitutã, neu florentiſſimum Chriſtiani orbis regnũ vaſtaturos, & tanq̃ vniuerſæ Europæ alterũ eruturos oculũ. Quid enim populus commeruit, ſi regi viſum eſt bellum ſuſcipere? ẽt conſiliariorũ oĩm, vt ferunt, aduerſa volũtate. Equidẽ quãtum ad ad vtilitatẽ veſtrã, veſtrorũq́ populorum attinet, non tanti facio captũ eſſe regẽ, ꝙ bellum erit deinceps, aut nullum, aut certe facilius, quanti exemplũ documẽtũq́ æſtimo, quod vos hic ꝑ acumine vr̃orum iudiciorum, proq́ rerum vſu, ac prudentia ſumetis. Principio ne vlli fidatis ſucceſſui. tũ ne adeo facile ſuſcipiatis bella. conſyderetis varios belli caſus, & Martẽ incertũ, vt victi, fugati, incluſi, obſeſſi victorem ſuparint, ꝗ obſeſſorẽ ceperint. Poſtremo quantũ regno vniuerſo, tot gentib9, ac populis noceat hoĩs vni9 vel ambitio cæca, vel audacia inconſulta. Nã quis poſſit dicere, primũ quantus mœror ad primã auditionẽ capti Regis cunctã Galliã inuaſerit. ſilentiũ vbiq́, ſolitudo, vaſtitas. hinc q̃ animorũ cõſternatiões, q terrores ſubiti, diurni, nocturni, q̃ ſuſpiciones ꝑiculorũ oĩm. vt nulla ſit aura, q̃ non eis videat̃ eſſe hoſtiũ irruẽtiũ fremit9. Iã q̃ cogitationes, & q̃ anxij animi in euẽtũ belli hui9, qd fiet

liæ? nihil eis venit in mentē præter euerſiones, populationes, fugā, cædē, ſtragē, incēdia, interitū, & ruinam oīm, oīa atrocia atq; infanda. videlicet quia manſuetudinē veſtrā ignorant. & metuunt, ne tantū ſuadeat libido, quantum permiſerit fortuna, quum cōtra nihil dubitē, quin hoc vobis lubebit moderati⁹, quo immoderatius licebit. Sed in tantis Gallię malis nemo eſt adeo vel animo ferus, vel illorum voluntate hoſtis, qui non eorum vicem miſereatur, vel quia ſunt Chriſtiani, vel homines, vel q̄pidem cuiuis aliꝭ potuiſſet accidere. O quæ materia benefaciēdi, & cuius tum ad deum meriti, tum ad hoīs gloriæ? Si tu & Carolus Cæſar Legatos illuc primo quoq; tempore mitteretis, qui illos veſtris conſolarentur verbis, bonaq; ſpe, ac recreatiore eſſe animo iuberent, vos non cum gente de vita certare, ſed de ditione ac finibus. quos malitis ipſi iure, & amicorū diſceptatiōe recuperare, quā vi, & mutuis cladib⁹. nullas cædes, nullas populatiōes paſſuros vos in Gallia á v̄ris militib⁹ fieri, nec ſecus vos illos curaturos, quā ſi vterq; veſtrū in Frācīſci locū ſucceſſiſſet, in quē locū charitate ac bñuolētia iuxta leges oēs humanas diuinaſq; oportet vos ſuccedere. vt eos ceu orphanos tueamini, qb⁹ patrē ademiſtis. Sic apud Romanos gentē iperādi callētiſſi

mā

mā ij duces, qui natione aliquā aut popu-
lū imperio ſubegiſſent, in clientelā illū ſuā
ac patrociniū recipiebāt. nec alios vel bn̄uo
los ęque, vel bn̄ficos popul⁹ ille expiebat,
q̄ cū quo imperatore arma cōtuliſſet. Itaq;
amiſiſſe Gallos Regē vnū, reperiſſe de-
fenſores ac patronos duos. nec poſtea Re
gē defuturū. & in hanc ſententiā alia, quæ
vos tāto meli⁹ me excogitare poteritis; at-
q; explicare, quāto & iudiciorū acrimonia
& prudentia plus valetis, pollet iſq;. Simul
nō arbitror ignorare vos, quantū id eſſet
momentū ad efficiēda, quæ concupiſcitis.
delineretis vr̄a illa animi moderatione ac
māſuetudine populos oēs Gallię. detrahe
retis illis cogitationē oēm reparandi belli,
ac tuendi ſui. & quaſi excuteretis arma de
manib⁹. Nam ſępenumero ex deſpatione
rerū in magna & fortiſſ. facinora venit, eo
dēq; ſunt loco magn⁹ anim⁹, & perditus.
Quid quod cōfirmaretis potentiā veſtrā,
quæſita vobis p clementiā illā moderatio-
nēq; ingēti veſtrorū ſubditorū & obſeqo
ſiſſima bn̄uolentia. qua nulla ſunt validio
ra Principi munimēta. Nec vlla eſſet na-
tio, q̄ non vos ſibi reges exoptaret, tāq̄ nu
mina cœlit⁹ demiſſa. Nā qd magis ē diui
uæ naturæ, q̄ bn̄facere, pdeſſe, iuuare, ſer
uare q̄plurimos? Præter hæc oīa, ſatiſface
retis Chriſto, cuius reſpectus hoc debet ob

 ocu

oculos veſtros crebrior obuerſari, ꝙ ad tribunal eiꝰ breui, q̄d enī longū eſt in hoīum vita? ſiſtendi eſtis, depoſito omni fortunę veſtræ ſplēdore, nihil á quouis priuatorū diſcreti ac differētes. vbi tantū vobis ꝓdeſſe poterit vita pie ac innocenter tranſacta. Nō addā plura, ne præcipere videar prudentię vel tuę, vel tuorū conſultorū. & in primis D. Cardinalis viri in gerēdis publicis negotĳs exercitatiſſimi. Hęc ſcripſi Oxoniæ in litterato ocio, a regia, & negocĳs ꝓcul. Ridebis forſan ſententiā hanc meā. ſeu ꝙ vere intelliges eſſe eius, q̄ de alienis nec ſatis ꝓſpectis atq; exploratis cēſet rebꝰ: ſeu quod id admoneā, quod tibi tāto antea preclariꝰ venit in mētē. Vtinā ſuꝑuacaneꝰ ſim monitor, & currentē, quod dicitur, exhorter. Ego vero facere aliter nequi, quin hęc ad te ſcriberē, adductꝰ quū amore maximo in te meo, tū publica q̄ete, & Chriſtianorū pace, cui ſemꝑ & faui vnice, & niſi mēs hæc, quod nolit Chriſtꝰ, mutet̄, fauebo. Si q̄d erratū eſt, ſpecioſa erroris cauſſa veniā meretur. Impartiat tibi D. Ieſus, lenem illū ſuum & mitē ſpiritū, quo ſeruandis iuuandiſq; hoībus maximā ac ſolidiſſ. gloriā, opeſq; ampliſſ. ſitas eſſe arbitreris. Oxoniæ tuæ, xĳ. die Martĳ .1525.

IOANNES LODOVICVS VIVES HENRICO.VIII.REGI ANGLIAE INCLYTO S.

Quantũ & maieſtatẽ tuam, & reliquos oẽs Principes, quibuſcum fuit mihi vſus aliqs, hortat⁹ ſum ſemp ad pacẽ, tantũ hoc tẽpore pacis audito noïe ſũ lætat⁹, tũ publici cõmodi gratia, tum ẽt Principũ ipſorũ, quibus ego & multis noïbus optime cupio, & illo potiſſimũ, ꝙ publica ſal⁹ cum ipſorũ ſalute, ac ſana mente coniũcta, & cõplicata eſt, vt diuelli nõ queãt. Eſt enĩ Princeps in Republica, quod anim⁹ in corpore. & imago quædã authoris illius rerũ naturæ. Videre eſt, quã turbatũ atq; affectũ ſit corpus, aïo affecto. hoc incitato, quę faces micant in oculis flammarũ? quanta oris diſtortio? & atrox agitatio corporis toti⁹? eodẽ languẽte, & demiſſo vniuerſum corpus ad eundem continuo habitum componitur. Sic Princeps affectus ſuos oẽs in ciuitatem tranſfundit. & ad eius exemplũ tota ſeſe comparat multitudo. Quocirca illud eſt optimo Principi curandum, & in quẽ tantum nomen merito cõpetat, vt tale ipſe ſe & publice, & priuatim præbeat, Prin ceps ĩ Rep.

quales velit ſubditos habere, poſitūq; ſeſe arbitreť in refertiſſimo theatro, vbi nullū
Princi eius vel factum, vel dictum occultum ſit.
pis no Nec tenebræ, aut ſolitudo obſtat, quomi
ta oia n⁹ in vulgus dimanet, quicquid egerit. nā lux principatus oīa reddit conſpicua. intentaq; tot in ſe vnum ora fallere vt maxime velit, non tamen poteſt. Loquax enim fama vel abditiſſimos receſſus explorat, ac patefacit. Porro quicqd videt placere & approbari dominanti, hoc oēs ſequunť. in hoc fine iudicio ruunt. tanquā ſatis ſit illum faciendū iudicaſſe, penes quē vt ſummā poteſtatem, ita ēt ſummam prudentiam conſiliumq; eſſe interpretanť. Sūt qui ignorēt eſſe, quæ emulantur peſſima, ſed morum ſimilitudine placituros ſe ſperāt ei, (in cui⁹ manu eſt fortuna, opes, dignitates, honores, & cetera, q̄ mortales auidiſſime expetunt. In hoc numero primas ptes obtinēt
Aſſen aſſentatores grauiſſima peſtis potentiū. vt
tatores qui præcipuū aditum ad ſapientiā intercludant admoneri, edoceri, reprehendi. quæ nō minus neceſſaria ſunt principi, quā reliquis hominib⁹, videlicet & ipſi hoī, & cui maiore rerū vſu eſt opus, q̄ priuatis, quanto plura atq; āpliora vnius prouidentia & conſilio tenentur. Nullus hominum citra doctrinam, atq; admonitorem ſatis inſtructus eſt ad ſapientiam, Magiſtris, rerū vſu,
oſten

oſtenſoribus errorū, ac emendatoribus indiget ad rudē per ſe animum excolendū. quos omnes aſſentator abigit a Principe, tanq̄ nō ille reliquorū mortalium more ac modo editus ſit, ſed magnus iam & abſolut⁹, quicquid agat. Quum contra cui tot deliciæ, voluptates, ſummū in omnes ius addant in omnem licentiam calcaria, huic oportet frænos inijci, quis præceps & effuſus animus retineatur. alioqui ſeq; ac ſua peſſum rapiet, ſi omnes cadentem impellant, nemo fulciat. Magnum regni columē ſunt amici prudentes, ac liberi, quibus mō, derata potentia ſuſtētatur. Rex q; ſiue pru dentiæ verecundia, ſiue melius ſuadentis, monentiſq; orōne atq; authoritate ſeſe ad ſtudia virtutis cōuertit. Tum populo vtitˉ ſui ſimili, hoc eſt optimo. regnumq; quietum agit minime ſtudioſum rerum nouarū. Nam rege malo, mali ſunt ſubditi. inter malos vero concordia haud diuturna. quum Princeps ſuperbe imperat, ſubditi contumaciter parēt. Malos regere acerbiſſimum eſt, acerbius, etiam ſi rector ipſe ſit malus, nec vlli parent libentius, q̄ boni bono. Ergo regni vinculum mai⁹ aut firmi⁹ nullū eſt, q̄ bonitas. nā imperia dura, aut immoderata cito diſſoluūtur. magiſq; violenta ſunt, q̄ duratura. qm̄ nihil ſtabile Prīcipem cum ſubditis cōiungit, nec aliud ad

Libertas cōſultorum

diſiunctionem expectat, q̃ occaſio. Nullũ animal inuitum retinetur ꝑpetuo, ſi liceat effugere. nihilq; magis a coacto laboratur, q̃ vt citiſſime quicquid remoratnr, abrumpat. Maximum eſt animorum glutinũ inter bonos. nec ſecus bonus vir, bonum imperantem audit, q̃ ſeipſum. Quapropter illud in primis eſt ſapienti principi laborandum, quiq; ſempiternum imperiũ, & ipſe dum viuat, poſſidere, & hęredibus tradere per manus cupit, vt ſe ac ſuos bonos faciat. ipſeq; ſit gubernandi peritiſſimus. & parere modeſte, atq; obedienter ſubditos doceat. Mira dictu res, imo vero abſurda, beluarum rectores nihil potius, aut prius q̃ fera ingenia manſuefaciunt, & iuſſis obtẽperare docent, ita demũ exiſtimantes ſe illis pro arbitrio vſuros ſine incõmodo, aut periculo. Nam niſi feritatem deponant, ac domentur, rectoris magiſtriq; vocem aſꝑnati in illum potiſſimum naturæ ſuę ſæuitiam conuertẽt. Sic equi geſtandis ſeſſoribus aut oneribus aptantur. ſic tauri iugo ceruicem præbent. elephantis magnæ turres impoſitę. leonibus quidam pro canib⁹ vſi ſunt. Hominum rector homines rudes ac ſilueſtres adhuc nulla prius cura adhibita, ſecurus tractat. quum moroſius aut intractabilius nullum aliud ſit animans, nec cui domando, ſi virt⁹ abſit, plures ſint ar-

Magnum hoĩes regere

tes neceſſariæ. Violentia ſe quidã, & terrore abunde munitos, inſtructoſq; ad hoc arbitrantur. q̃ vti ſeruilia ſunt, nõ liberalia, ita populũ totum in ſeruilem naturã, ac cõditionem deformant. nihilq; agunt, aut dicũt liberis dignum. & velut neq̃ mancipia, nõ aliud magis aut crebrius meditantur, q̃ fugã a domino crudeli. Qui generoſiori ſunt pectore occaſionem vndiq; venant̃ aſſerendi ſui. Ita nullũ faſtigium debiliore fundamento nitit̃, q̃ regnũ metu. Nec vllæ opes ſatis firmæ ſunt, quas multi timent. Ipſeq; formidat⁹ peiore ſit oportet conditione, quã multitudo territa. Siq̃dem nemini fidere, non loco, non tẽpori, non hoĩm cuiquã tuto ſe credere, ac cõmittere, oĩa ſuſpecta habere, hoc nõ regnare eſt, ſed claudi carcere. Notę ſunt Auguſti & Traiani voces, nolle ſe nolentib⁹ imperare, imperiũ depoſituros, ſi Reip. eos eſſe Principes nõ expediret. Quantã quietem in illorũ animis fuiſſe conuenit, qui ſe non haſtis, aut ſatellitio, ſed ſubditorũ bñuolẽtia tutos ſcirent? Ego vero huiuſce rei ex te ſumo coniecturam, quẽ magis ac ſæpi⁹ tuorũ pietate, quã ſatellitio ſtipatũ video. Q; raro tu cuſtodib⁹ vteris? idq; quũ facis, magis põpa quadã, ac more maiorum, quã q̃ opus eſſe credas. Sic enĩ illi te claudunt, vt nulli nõ aptus ſit aditus ad te. nec Met⁹

ma

gis viuis in aula ſatellitib⁹ vteris, q̃ pictis ĩ auleis. iſtuc demũ ẽ liberũ ac regẽ eẽ. eũq; fructũ pcipis fiduciæ ac ſecuritatis tuæ, vt nemo tuorũ ſit, q nõ capiti ſuo citi⁹ noceri velit, q̃ tuo pedi. Hęc qdẽ ſi pbitas cõglutinauit, vt ſpero, ſẽpiterna erũt. Nõ eſt enĩ amiciciarũ certi⁹ aliud, vel diuturni⁹ glutinũ, q̃ virt⁹. Nã inter malos bñuolẽtia tam diu durat, q̃ diu vtriſq; vtilis ẽ. fructu adẽpto amicicia diſſoluit. Inter bonos vero vbi null⁹ eſt reſpect⁹ cõmodorũ, ipſa virtus, q̃ cõiunxit, cõſeruat. nec dirimi niſi cũ ea poſſunt. Quocirca oĩ ſtudio Principib⁹ laborãdũ, atq; annitẽdũ eſt, vt ipi boni, ſuos quoq; bonos faciãt. Hæc vna aptiſſima eſt ars mãſũefaciẽdi hoĩs, hęc copula, qua fortiſſ. & rect⁹ & rector cohęrẽt. Quippe virt⁹ amiciciã gignit. amori aũt nihil difficile, aut graue. ſiue fortunę, ſiue liberi, ſiue ſãguis & vita p amico in diſcrimẽ adducẽda ſint, dulciſſ. eſt. nihilq; magis iuuat in magna amicicia, q̃ magna amoris argumenta, & quoad res patiat, ĩdubitata ſigna oſtẽdere. Qui boni nõ ſunt, diligere ſe ſimulãt reb⁹ pſperis, in piculo primi deſerunt. Præter hæc oĩa, virt⁹ qeta, & moderata ẽ. nec rerũ nouarũ ſtudioſa. Ita fortunæ cõtẽptrix, vt corporis & diuitiarũ rationẽ nõ habeat. cũ cta aĩo innixa ac ſuffulta. Qz ſi Chriſtiana pietas accedat, hoc ẽ abſolutio oĩs virtutis,

Virt⁹ glutinum amiciciarũ

Chriãna pie

ſmo vero virt⁹ vnica in diſceſſū tota incū- tas
bēs,& pegrinationē quādā hāc vitā eſſe re
ctiſſime cēſens, facile cuiuſuis īperiū pfert.
Quātulū eni eius intereſt, q d de fortunis
aut corpore Princeps ſtatuat? modo ani-
mæ proſpectum ſit. Ecqd refert mortalis
vnum aut alterum annū victuri, ſub qua-
li eos humano Principe tranſigat? cū alte-
rum cœleſtem habeat Principem, ad quē
per neglectum mundanarum rerum citiſ-
ſime properat. At vir malus ſupernarum
rerum vel rudis vel negligens, vnicam vi
tæ huius cogitationem animo voluens fa
cilis ac pronus eſt & Principi et rerum ſta-
tui mutando. Quoniam inquieta eſt mali
hominis mens. nec vnq̄ præſentibus reb⁹
acquieſcit. nouare ſubinde cupit omnia, vt
qui inſomnia laborant, identidem ſe in le-
cto volutant, & locū nouum quærunt. qua
ſi in loco eſſet culpa, & non in morbo. Na
ctus virtutem vſqueadeo eſt ea contentus
lætuſq;, vt eam rerum conditionem ac ſta
tum, in quo ipſi licet illam colere, & amet,
& retinere ſtudeat. Simul nō ignarus mu
tationem rerum, tumultū, cędes, rapinas,
cladem, aliaq; immania, & infanda ſecum
importare, vehementiſſ. tantā crudelitatē
exhorret. Stult⁹ aut impi⁹, q̄ mentē in fu
tura non mittit, rebus modo, quæ adſunt,
quæq; videt, impellitur, quantumcūq; res
no

nouentur, cętera putat fore præſentib⁹ ſi-milia, & ſe loco meliore. Simul atrox aĩus aut honorum, vel pecuniæ cupid⁹ per cædes, & mala publica ad explendã libidinem rapitur. nec intereſſe retur, qua ſit eundũ, ſed quo. Quamobrem, aut ego vehementiſſime fallor, aut Principibus & magiſtratibus, quo populus, dicto ſit cum magna Reip. quiete ac ſalute, audietior, nihil magis, expedit, quã teneram ſtatim ætatem curare rectis ac ſanis opinionib⁹ imbuendam. vt ſciant qui ſit vſus, quod pręmiũ. qui finis vniuſcuiuſꝙ rei. quantum & quatenus de vnaquaꝙ ſumendum, quanti ea æſtimãda. Habeantꝙ tanquã probi aurifices velut lydium quendam lapidem, quo precium & indicaturam ſingularum rerũ, quas vel expetimus, vel auerſamur cognoſcant. pecunię, poſſeſſionum, amicorum, honorum, nobilitatis, dignitatis, imperij, formæ, virium, voluptatis, ingenij, eruditionis, virtutis, ac religionis. ne inuerſis rerum æſtimationibus, maxima negligant, minima, & abiecta conſectentur. de pecunia, de vmbris & ſomnijs, quæ ipſi ſibi cõfingant, graues moueant tragœdias, pietatis, prudentiæ, ac verorum bonorum vel obliti, vel ſecuri. Hi ſunt qui pecuniæ, aut voluptatibus, aut ambitioni dũ metuunt, patriam, bonum atꝙ honeſtum deſerunt.

pu

publica produũt, dum ſeruiũt priuatis. ſtultam quandam excogitant imaginem libertatis, qua non fiunt liberi, ſed mali. Porro in adultis & iam inſtitutis. cura litterarum ac religiõis puriora omnia, & certiora reddet. non religionis, quæ exteriorioribus ſignis, ac ceremonijs tota colloceẽt, quũ inter hæc animus ſit impur⁹ ac impius. nec litterarum quæ ad pugnam & cõtentiones cõpoſitæ pertinaces reddunt homines, non prudentes. cæterum ſtudiorum, quis mores componuntur, inſtituitur vita. & religionis, quę animos ad cœleſtia ſublatos cũctos ad cură honeſtatis conuertit, & ad cœleſtium bonorum amorem inflamat. Religioni nemo eximitur. in litteris vel concionibus adiuuabitur vulg⁹, vel libris patria lingua conſcriptis de reb⁹ legi & cognoſci dignis. quibus bonæ horæ non anilib⁹ trãſigantur fabulis, nec geſtis rebus nihil ad exemplum ꝑtinentibus. Sed primum omnium pecuniæ admiratio detrahatur, compeſcatur lux⁹, incitetur ſobrietatis ſtudiũ, accendatur mutua Charitas. non per peccata quæſtum fieri. ſed vnicam virtutẽ eſſe lucrum. deniꝗ ab eis rebus deterreantur homines, quarum cauſſa ingentia flagitia deſignãtur &, capitalia ſcelera. Tali populo feliciſſimum futurum eſt regnum tuũ. cuius tu non tam eris laborioſus rector, ꝙ

lætus ſpectator, atq; exhortator. ipſi enĩ ſe
ſe regent. & ij erunt, quos monendos ma-
gis habeas, q̃ caſtigandos. Vides ſummã
adminiſtrãdi imperij in bonitate verti tãq̃
in cardine. vt is demũ habiturus ſit princi-
patum iucundũ ac ſtabilẽ, qſquis effecerit
ciues ꝓbos, facillime factur⁹ tales exẽplo
Exem ſui. Nemo fert enĩ exigere queq̃ ab alijs,
plum quod ipſe non præſtet. nec fruſtra dicitur,
princi vitã maxime perſuadere. At vel recto ri
pis curæ huic vel ſubditis virtuti vacare niſi in
pace non datur. bello enĩ vniuerſa velut tẽ
peſtate cõfunduntur. Vnicũ temp⁹ conſer
Pax uandę bonitatis populi eſt pax. Nam ea q̃
bus homines meliores fiunt pace vigent,
langueſcunt bello. litteræ, religio, leges, iu
ſticia, negociatio, quies, opificia, honeſta
ꝑ ciuitatẽ contractio, atq; occupatio oĩum,
& vtilis. Bello enĩ velut in affecto corpore
nullum membrũ officio ſuo rite defungit.
Litte- Litteræ quæ ocio, & quiete, & fauore Prĩ-
ræ cipum tanquã ſalubri quadam alunt aura,
neceſſe eſt turbatis oĩbus & Principum ani
mis alio auocatis ægrę ac mœrentes conti-
ceſcant, præſertim quũ ſint ſuapte natura
voce gracili, in ſtrepitu armorũ, tubarum,
bombardarum. Et intermiſſis commertijs
multiſq; neceſſario indictionib⁹, omnium
benignitas coarctatur. vnde ſuſtentari ſo-
let ordo ſtudioſorũ hominum. Ad hæc vi

leſ

leſcit honos ille,qui eſt velut actio, & vita quædã eorũ,quę inter hoĩes exercẽtur.& quo artes florent ac adoleſcũt.Iam religio q̃ poteſt eſſe efferatis animis tanto aliorũ ĩ alios odio: & imbutis madefactiſq; cruore ac ſæuitia.q̄bus humana atq; diuina oĩa ꝑmiſcentur.vt tã quiſq; aptiſſim⁹ bello videatur q̃ religionis & bonæ mentis habet q̃ minimum. Iocus & lud⁹ ſunt in militia domos diripere,fana ſpoliare,virgines rapere,ſolidas vrbes atq; oppida incendere. magna dementia ꝓpterea corrũpere, ꝙ retinere non valeas.Hæc ſunt belli decora ꝓfuiſſe nemini,nocuiſſe q̃plurimis.nullo reſpectu aut recordatione præſidentis mũdo dei. Ita gerunt in pollutis corporib⁹ cæcos animos,vt dei iuſticiã non videant.& admoneri indigne ferant. q̄ dicunt deo recede ã nobis,ſcientiã viarũ tuarum nolum⁹. At qua inſolẽtia,& ore q̃ importuno diuinas leges negligunt, humanas aſꝑnãtur: vt hoc demũ videãt eſſe vere ac germane militare, nihil arbitrari æqui ac boni ꝓpter ſe eſſe ſancitũ. nullo ſe iuri eſſe ſubditũ.ſe in vagina leges oẽs incluſas cũ ferro geſtare. q̄cquid cõſcelerato aĩo collibuerit,id ſolũ eſſe ius atq; æquũ. nec ſibi modo in populũ tantum licere,ſed in ipſos quoq; Prĩcipes.ꝙ hi ſua opera & virib⁹ Reges ſint. Quis ſeru⁹ emptus de lapide,quod dicũt,

Religio Belli mala

Milites

tam obedienter dñi imperata execut⁹ eſt, quã memoria noſtra Reges Francorum, quicquid Heluetĳs venit in mentem: ſcilicet illos vnos præſidium ac ſtabilimentum regni ſui ducebant eſſe, non facturi, ſi manũ ab alĳs gentibus voluiſſent continere, nec vltro vicinas nationes bello laceſſere. Prĩcipes etſi (alia oĩa in bellum inuitarent, illud vnicũ deberet retrahere, ne ipſis res eſſet cũ militibus hominum genere iniquiſſimo, atq; inſolẽtiſſ. Neq; vero tales ſunt ſolum in alienum Principem, ſed etiam in ſuũ, cuius dignitatẽ, opes, præſidia oĩa ĩ ſe ſolis collocata eſſe putãt, & poſſe quocunq; velit ſecum tranſferre. Quę porro in pace non cogitant, qm̃ populus adeſt, proceres quieſcunt. ꝓpinquæ nationes & reges pacati ſunt. ipſi milites ad togam, & paganũ cultum atq; habitum redacti neceſſarĳs ad vitam operib⁹ diſtinentur. magiſq; illis ad meliorem mentem vacat. Q; ſi peſtis hęc celſitudinem quoq; principat⁹ pertingit, & infeſtat, reputare conuenit multo acerbius humiliora premi ac diuęxari. Quippe populus non tantum premitur ab ĳs, qui militiæ ſacramento ſunt rogati, ſed ab ĳs ẽt, qui ſe eis adiungunt, vel adiunctos ſimulant, vt per militarẽ licentiam impune poſſint malefacere, intẽtis ĳs, penes quos ſumma eſt poteſtas, in cogitationẽ bellorũ

Popu lus

nec

nec in eos audent aĩaduertere, qui ſe quo-
quo mõ milites ꝓfitẽtur, ne ſeditionẽ incõ
modiſſimo tempore moueant. Poſtremo
multitudo grauata indictionibus & tribu-
tis, excluſis per bellũ terra & mari cõmer-
tijs, in ſumma egeſtate ac miſeria vitã tra-
hit, tã exhauſta, & perdita, vt quiete ac pa
ce deinceps reddita, vires tamen longo ẽt
tẽpore recipere non valeat. ꝓmulti ceſſan-
te artis quæſtu, aut inualidi mendicãt, aut
latrocinantur validi. præſertim ingenti li
cẽtia atq; impunitate ſcelerũ. quã belli tem
pore neceſſe eſt contingere, quũ quiſq; ita
ſanctiſſimus ac honeſtiſſ. habeẽ, vt aĩus eſt
ei promptiſſ. flagitijs ac facinorib⁹ patran-
dis, tanq̃ in eiuſmodi dexteris poſita ſit re-
gni ſalus, quæ maximã malam perniciem
regno adferunt. Ergo boni præſentẽ rerũ
ſtatum mœſti oderunt, mali ſceleribus aſ-
ſueſcunt, ac ꝓinde impunitatem diligunt.
Iura illis leges iudices inuiſa ſunt, & his ipſi
infeſti. Quã regni faciem neceſſe eſt tum
eſſe? Terrerent indubie Principes, ſi eam
velut in tabella depictã cernerent. At vero
quantũ Principis cauſſa bello turbata ſunt oĩa, tantũ in pace ea, q̃ nobis chariſſima eẽ
par eſt, illi ſunt accepta referenda. Anim⁹ Pacis bona
diſciplinis excolit̃, religione in deũ ſe attol
lit, artib⁹ ac negociatione corpori miniſtrat̃
vict⁹, iuſticia publica, quies per ciuitatem

paratur, in qua certę cuiq; fortunæ, grati li
beri, coniunx dom⁹ res familiaris. q̄ in bel-
lo & incerta, & plerũq; ēt grauia ſũt. Hęc
oĩa in pace Principi debent̄ tanq̄ legũ ani-
mę, ſponſori publicę fidei, ſequeſtri cõcor
diæ. vnde qui hãc violant, cõtra pacē dñi
Mos Regis dicunt̄ feciſſe. Tu es ꝑ quem & in
An- publico & in priuato, & ad menſam, & in
gliæ lecto tuti ſum⁹. tu nobis oĩbus legum nõie
ſpõdes. alioq præſtaret in ſolitudine ac ſpe
luncis degere, quã inter hoĩes, quorũ rarĩ
boni ſunt. Idcirco ꝓbum et quietũ Princi-
pem iure hæc oĩa conſequunt̄, laus a littera
tis, q ſuum illi ociũ debent. quo nõie cla-
Augu riſſim⁹ fuit Auguſtus Cæſar. concelebra-
ſt⁹ Cę tuſq; ab oĩ ſcriptorũ genere, quibus ille fe-
ſar ſta pace toto orbe diffuſa altiſſima fecerat
ocia. nactuſq; eſt eam gloriã, q̄ eſt per gen
tes rariſſima: conciliato ſibi tanto amore ſe
natu ac populo Romão, vt mortuo, quũ iã
nulla erat adulãdi neceſſitas, oſtẽderit quã
tope dilexerãt viuum. effuſis oĩm aĩs in
honeſtãda memoria defuncti. null⁹ hono
rum mod⁹, nullus finis. veriſſimis oĩa af-
fectibus. vt qñ pręſentia parentis patrię or
babant̄, recordationem retinerẽt ſempiter
nam, eamq; tempus ipſum circulis ſuis no
uã ſubinde reduceret. Tantumq; in oĩm
animis valuit optimi Principis memoria,
vt quatuor in eius grãm continuos Princi-

pes

pes orbis terrarum ꝑpeſſus ſit, quales nemo ſeruos pateret. His accedunt opes, quibus ſi abundent ſubditi, Rex ipſe inops dici non poteſt. vt nec opulent⁹, ſi ipſe ſolus poſſideat. Fallit Princeps, qui maiores putat futuras ſuas diuitias, ſi coaceruet, ꝗ populi, aut firmiores? Nam & infinita adeo multos cõtrectare neceſſe eſt, & ea omnia parata ſunt moderato Principi, ſi vſus poſcat. Quid ꝙ tuti⁹, nempe minore cum inuidia mediocres ſuas opes quiſ cuſtodit. His accedunt vota bonorum hoīm ꝓ ſalute vnius, & amor omnium effuſiſſim⁹ in illum, ꝑ quē fortunis ſuis fruunt. Sed hęc, atq alia, ꝗcũq dici poſſent, ſupat ꝙ Rex ſic adminiſtrãdo regno officio ſuo ſatiſfacit. Quippe ſiue pictorē, ſiue paſtorē, ſiue caligariũ, ſiue fabrũ, aut alium quemcũq nemo nõ tum ridet, tum ēt odit, qui explere munus ſuſceptũ nõ ꝗat. adeo & in magnis & in paruis non præſtare quod quiſq profiteatur, turpe atq inuiſum habet. Ita fit Princeps expreſſiſſimum principis mundi ſimulachrum. qui ſalutare imperium in omnes vniuerſitatis partes diffundit, bonitatemq illius, qui non percipit, ſuæ id modo culpæ aſſignet. Ille enim optimus tranquillo, atq æquiſſimo regimine cuncta diſponit. potentiamq nemo experitur, niſi coniunctiſſimam bonitati.

Opes

Satiſfacere officio

Mũdi Princeps

Non vltro terret, nec quantum nocere poſſit, minatnr, ſed quantū prodeſſe valeat, oſtendit. oēſq; bn̄ficiorum magnitudine ad ſe inuitat. Hoc Principi nō licet in bello imitari. quū terror oſtēdend⁹ eſt, & quacūq; poſſis hoſti nocendū. minādū quoq;, & dum times, ſęuire cogeris, inuiſus hoſtib⁹, ſuſpect⁹ socijs, ſubditis grauis. Quapropter retinenda ante oīa eſt pax, tanq̄ aptiſſimū tempus, tum gubernando regno, tū ēt confirmando. Pacem nactus es primū Dei dono authore & conciliatore pacis totius ac cōcordiæ. hinc probitate tua, & conſilijs D. Cardinalis magni cū primis viri ac prudentiſſ. fortaſſis rebus turbidis non vacauit pacem cū bello cōferre, occupatis vniuerſis ſenſibus cura & meditatiōe belli, dū vel caues tibi, vel inſidiaris alijs. Nūc qe tus vtrumq; expende, confer amorē hunc cū illo odio. hāc cōmunionē gentiū cū illa dirēptiōe. vide, an curas & ſollicitudines belli hac ſecuritate cōmutares? hanc certationē officiorū illis ꝑpetuis inſidijs. Sūpt⁹ belli infiniti. pacis moderati, & tolerabiles. Bonus in pace populus ac ꝓinde obediēs promptuſq;. bello efferat⁹, improb⁹, oīa detrectās. Artes māſuetæ pacis, & placidiſſimo iſti tuo ingenio mire cōgruę. in bello ſanguinolēta omnia atq; inhumana. Princeps ipſe terrens ſemp, ac timens. Et

Pax

fuit ꝗdẽ bellũ illud ſegne ac torpidũ, lõge alium ſenſiſſes ludũ, ſi res vtrinq; incru‑duiſſet. Hæc quæ inuoluta & ſumma qua dam propoſui. ipſe ſi ingenio tuo acutiſſi‑mo atq; exercitatiſſ. euolueris, atq; explica ueris, quod mihi in tam longa epiſtola fa‑cere non libet ſcribẽti ad te, à quo ipſe hæc poſſem longe copioſiꝰ, ac melius edoceri, ꝓfecto inuenies quãto labore bellicũ illud tempus fugiendũ ſit, hoc vero pacatum re tinendũ conſertis, quod dicũt manibus, & toto niſu nec ſuſcipiẽdũ bellũ facile nec cer ta pax ſperata victoria ꝓmutãda: De nulla re magis aut crebrius deliberandũ eſt, quã de bello, in quo non licet bis peccare, & ad quod Princeps deſcendere vix debet, etiã ineuitabili neceſſitate preſſus, oĩbꝰ primo remedijs temptatis, & fruſtra cõſumptis. Bellũ nõ fa‑cile ſu ſcipiẽ‑dum

Nullum eſt tam felix bellum, quo nõ ſit potior iniqua pax, ſiue curas, ſiue ſumptꝰ, ſiue diſcrimina cõſyderes, & cõtempleris. Itaq; de iure ſuo citius decedat Princeps, ꝙ de ſumma periclitetur. & tantam fortunę plagam leui lateris inflexiõe declinet. Va rij ſunt belli caſus, & exiguo momẽto ma ximas res voluit. vnde Mauortẽ veteres nominarunt. bellum in cuiꝰ manu eſt ſuſci pere, nõ ẽ deponere. Initia belli penes Pri cipes ſunt, exitus penes fortunam, ſeu ve riꝰ deum, cuiꝰ voluntatẽ erga nos nõ ſine Ma‑uors ẽ magna vertẽs

cauſſa ignoram⁹, videlicet neſciȷ̄, q̄ apud eū gratioſi ſim⁹. Itaq; non ſec⁹, quā pecunia nr̄o arbitraio aleæ expoſita, ilico alieni fit iuris, incertum cui ceſſura ſit. Ita princeps & tota ditio in ſortē euent⁹ conȷ̄citur

Alea belli

moto bello. hinc ēt dicimus belli aleam, & de ſumma rerū certari. Q̄ multos pœnituit belli vel proſpere cœpti? q̄ nullū pacis aliquo ſiue incommodo ſiue ēt iniuria redēptæ? Nec vlla Reſp. inſtabilior eſt, quā quæ ſæpe mouet arma. Quoties in extremū diſcrimen Athenę venerunt? á Perſis exuſtæ, á Lacedæmonȷ̄s oppreſſæ, ac ſpoliatæ mœnibus, á Philippo fractæ, ab altero Philippo afflictę. a Mythridate acciſę, a Sylla propemodū deletæ. Bellatrix illa Roma a Tatio capta eſt, a Porſenna obſeſſa, a Gallis incēſa, a Pyrrho territa, ab Annibale concuſſa. ſuis deniq; armis dilacerata. Dicet aliquis. armis & bello creſcūt regna. Sed eiſdē quoq; pereunt. min⁹ forſan ē in pace ſplēdoris & gloriæ, falſę illi⁹ quidem ſed & plus quietis, min⁹ controuerſiæ, ac periculi, & ꝓinde firmitatis plurimū. Nō laboro, inquit Theopōpus Rex ſapientiſſ. quā amplum filȷ̄s regnum tradā, cæterū quā manſurū ac ſtabile. nihil ab alȷ̄s repetis, ſed nec abs te alȷ̄. in quorum vtroq; eſt periculum. ſiue cum fortiore cōgrediaris, ſiue cum debiliore. Quippe nihil eſt tā in-

firmum, cui ſuæ ad nocendũ vires deſint. deſtitutoq́ facultate oĩ iuuandi ac bñfaciẽdi, multum adhuc adlædendum ſupeſt. tanto videlicet prõpti⁹ eſt malefacere ſeu robore ſuo, ſeu imbecillitate noſtra. Habes inclyte Rex quæ mihi addictiſſimo atq́ amantiſſimo maieſtatis tuæ viſum eſt hoc tẽpore de bello & pace ad te ſcribere. Tu hæc animi illa mãſuetudine & lenitate accipies, qua reliqua mea ſoles, imo vero qua beneuole admonentes auſcultas, quaq́ in re omni vteris, non Britannis tantum ſed exteris quoq́ nationibus cognita atq́ explorata. Studia profecto mea, quorũ ocia tu ſol⁹ ſecũdũ Deũ facis, hãc ſcribẽdi opor tunitatẽ nõ potuerũt tacitã preterire. Vnũ illud priuſq̃ finẽ dicẽdi facio, adjiciã, quod abs te non oportet ignorari, tametſi vel au dire te. vel coniectura conſeq̃, nõ dubito. Gentes omneis, quantum fama, & hoĩm ſermonib⁹ intelligim⁹, a te expectare, ac ꝑpe ſuo iure exigere, vt q̃ pacis initia & ſpẽ mundo oſtendiſti, eam tu idem abſoluas: adducto in cõcordiã Carolo Cæſare autho ritate & amicicia cũ illo tua. ne flos iſte pacis ſpeciem ac lætitiã quandã videat oſten diſſe ꝑbreuem ſine fructu. Vtinã gaudiũ hoc Chriſtiano orbi ſolidũ præſtes, vt gloria quietis Europæ redditæ vniuerſa tibi vni debeatur. & compoſitis Principum

Nocere quã facile.

Pacificatio.

diſcordijs ac tumultibus, ſedatis de religiõ
ne, pietate, Chriſtianis rebus conſultetur.
qua re quantum orbis indigeat, vides. Eq-
Defē- dē nõ intelligo, quid magis defenſorē fi-
ſor fi- dei deceat, aut quem admodum poſſes ti-
dei bi maiore obſequio CHRISTVH deme-
reri. Quē precor, vt ea ſemper cogi
tes, agaſq; quæ ſaluberrime ac feli
ciſſime tibi & regno tuo
ceſſura ſint Bru
gis, viij.
Octobris .1525.

IOANNIS LODOVICI VIVIS DE EVROPAE DISSIDIIS ET BELLO TVRCICO DIALOGVS.

Minos. Tireſias. Baſilius Colax. Polypragmon. Scipio.

Minos

POſſesne nobis Tireſia dicere, quem-
admodum ſeſe res hominum apud ſu
peros habeant? Nam animæ huc decidũt
tã dẽſę, quã vel grãdo vehemẽti aliquo tur
bine excuſſa, vel folia flante per autumnũ
borea. Tire. Quin tu potius aliquem ex
eis, qui huc venerũt, percõtaris, hominẽ
negociatorem, aut verſatum in Principũ
comitatu. Mi. Non male mones per ditẽ.
Heus vmbræ, quæ vr̃m bene atq; ordine
callet res humanas, quas modo reliquit?
Vmb. hę duę o Minos. quarũ altera nego
ciata eſt Venetijs, Londini, Antuerpiæ,
Romæ, Neapoli, Medinę, ĩ Chio, Alexã
driæ. altera vixit in Regia Hiſpana, Galli
ca, Britannica, Romana, functa multis, &
diuturnis legationibus. Mi. Accedite pro
piꝰ. Tu quę adhuc videris aurum eſurire,
quis vocabare apud ſuperos? Vm. Poly
pragmon. Mi. & te Epicure de grege por

ce, quo tandẽ pulchro noĩe compellabim⁹? Vmb. multis o Minos & præclaris, nã ſũ multis gentibus & familĳs ꝓgnat⁹. oĩmq́ꝫ gero noĩa, ne quid de nobilitate detrahat. tum ꝙ vnaquæq́ꝫ familia nõ cedit alĳ cuiq̃ opibus, dignitate, rebus geſtis. Mi. Satis es procemiatus, narra tandẽ. Vmbr. Baſili⁹, Gnato, Colax, Fucus, Tinea palatina, Demouorus. & materno genere attingo Midã Regẽ. Mi. & hæc tua laus præcipua. mirum eſt vnum ſufficere tot baiuládis noĩbus. Sed eſto ꝑ illis oĩbus Colax. nam ſic fiet verborum compendiũ. dic nobis, quo in ſtatu ſunt res hoĩm? Colax. conſueto. Mi. vnde ergo tã crebæ ad nos aĩæ? Col. neſcio plane. cõſumunt morbis, & eſt non nihil belli. Mi. q̃ gerunt bellũ? Col. quale hoĩs prudẽtiſſ. quæſitũ? q̃ gererẽt? prĩcipes & populi. M. mirũ ni canes & feles.. Co. ridiculũ. Tir. ſcilicet, quia hoĩes malicia illos & crudelitate ſuperant. Mi. q̃ Principũ? & quomõ? Co. ne nimiũ percõteris, nã nõ eſt temere de Principib⁹ loquẽdũ, oẽs ſunt ꝓbi viri. Mi. at qui peſſime interdũ viuũt: Co. atqui optimi ſunt, etſi peſſime viuant. Mi. qui fieri hoc poteſt? Col. vt audis, ſic res habet. Mi. ipſis ergo licet malefacere, nemini licet maledicere? Col. vin tu Minos tãtũ cuilibet licere, quã tũ regi? de quo eſt illud, quod libet, licet.
Mi

Mi. quid ita? Co. quia aurū poſſidēt. Mi. plurimum ergo licebit arcis. Sed quid iuuat, quando non pecuniam regunt reges, ſed ipos pecunia. Verū tibi, vt video, Aeſculapio eſt opus, qui cerebrum curet. itaq; mane pauliſp. nam ad eū mittem⁹ te. Dic tu interea Polypragmon. Tu Tireſia rogo, ne grauere, quæ iſte dicat, attēdere, & corrigere, ſi qd peccarit. age, effare. quid fit apud ſuperos? Poly. Eſtur o Minos, potāt affatim, ſcortant multi, adulterāt multi, ludūt alea. deliciant diuites, eſuriunt inopes, q̄ non habet, dat. qui habet, accipit. emitur quā fieri poteſt viliſſimo, venditur quam poteſt chariſſimo. corrumpuntur merces, conturbatur, rumpitur fides. Mi. atqui nihil nominatur, aut celebratur magis hoc tempore, q̄ fides. Po. ſic ſperant ſe illā conſolaturos, ſi laudent, quam lædunt. Min. quid agunt Principes? quid Chriſtiani? qd Turcæ? Pol. ꝓpemodum eadē iſta. & bellū vbiq;, diſcordię, odia. Mi. nō inter Chriſtianos puto. nā his nihil cōmendauit magis vel accurati⁹ doctor ille cœleſtis ſapiētiæ, q̄ bn̄uolentiā mutuā. & ea voluit nota inſigniri ſuos. Po. At nulla ætate, nulla natione tāta fuerūt odia, quāta nūc inter eos. Olim odia erant inter gentes Aſiæ, atq; Europæ, ꝙ mari viderentur diremptæ. aut inter duo ingentia imperia, veluti

Fides

Odia publica & priuata.

Lacedęmonios & Athenienſes. Chartagi nenſes & Romanos, aut inter eos, qui de finibus contendebant. Nunc inter prouincias odium publicum, irrecõciliabile, quod nullis officijs placari, nullis bñficijs tolli, & reſtingui queat. Ital⁹ Tranſalpinos oẽs tan quã Barbaros faſtidit, atq; odit. Gallus ad Britanni nomen deſpuit. hic non admodũ charos habet Scotos, & Gallos. inter Gallos & Hiſpanos memoria noſtra bella geſta nõ citra ingẽtes clades, vnde relicta ſũt ma gna in eorũ pectorib⁹ inimiciciarũ ſemĩa. Vtinam his limitibus contenta eſſet diſcor dia. ſerpit ad intima. ciuitates inter ſe inimi cæ in eadem ditione ob aquulam, ob agellum, q; alia interuertit alius plus ſatis opulentæ nõnulla commoda. In eadem ciuitate factiones. Columnẽſes, Vrſini, Romę. Adorni, & Fragoſi, Genuæ. Aragonẽſ, & Andegauenſes, Neapoli. Velaſci, & Manrici in Hiſpania. in quas ruũt ſine mẽte, ſine iudicio. Pater filijs velut per man⁹ tradit ſimultates. Naſcuntur hoſtes, non fiũt. Etiã regiões vrbis afferũt diſcordias. Frater in hoc natus vico, inimicus eſt fratri nato alibi. & contra eum, ſi ſit opus, ſtet in acie. Profani homines infenſi initiatis. Ple bes optimatibus. Subditi ei, qui præeſt ma leuolunt. hic illos non amat. In ſcholis, &

Diſſi Philoſophia, hoc eſt in domicilio modera

tio

tionis ac modeſtiæ, pacis, quietis, tranquil litatis, patientiæ ſimultates & quidem capitales inter ſtudioſos latinæ ac grȩcæ linguæ & ſtudioſos dialecticæ ac philoſophiȩ. inter eos, qui gaudent altercantiū circulis, & eos, qui quietis magis ſtudiȷ̄s delectātur. quid dicā inter deditos diſciplinȩ ac ſtudiȷ̄s eiſdē plagȩ, cædes ob colores quoſdam? tum ſectȩ, aliȷ̄ Thomæ, aliȷ̄ Scoti, aliȷ̄ Ocham. Nam inter Lutheranos, & antiluteranos min⁹ miror eſſe tanta odia. illud magis dolet alteros ſic eſſe in alteros aīatos, vt pditos & exciſos velint, nō emēdatos. certe ſic inter ſe depugnant, vt hoc videant ſolū agere. Nec inter Lutheranos ipſos eſt amor & concordia, quum tn̄ nihil in ore habeant aliud quā fidem, Euangelium, Charitatē. Iam inter pfeſſos ſummā quandā Charitatem, quicq̧ idcirco frēs nominant, quȩ diſſidia, q̄ interdum cruenta? monach⁹ in mendicantem. minorita aduerſus Dominicanum. minorita clauſtralis in obſeruantem. quæ expulſiones, conuicia, minæ, inſectatio? Mi. quid malum, tot diſſidia, tot odia, tot hȩreſes? nūc non miror tam frequens iam hæreſeos crimē iactari. quum oīa ſint hæreſibus plena. Polyp: Non oīa audiſti. Mi. quæſo ne narra plura. Tir. Dic vno verbo hoſtem eſſe quēcq̧ ſibi ipſi. nempe malū malo. Nam iuſticia

dia in ſcholis

Diſſidia in ter fratres

Hæreſes

terris excedēs amorem ſecū & bñuolentiā in cœlum tulit, iniqtati odiū & diſſidia comites remāſerūt. Mi. De bellis iā loquere. Nā pulchre videris mihi tenere humana illa. Po. nihil mirū, nam in ĳs locis atq; inter eos ſum hoīes verſatus, vbi nihil ignorat, qd toto agat in orbe, vt inqt ille. accurati⁹ nos iſta inqrim⁹ exigui lucri cauſſa, quā illi ipſi, quorū vita & fortunę in hoc vertūt. qn & a nobis pricipes ipſi, ſi qd ſit noui, rogāt. Ti. videlicet ſic exacuit humanas mentes numi ſpes. Pol. Tū ēt de libris nōnulla hauſi relaxādi animi gr̃a. Ergo fuit Alphōſus qdā Rex Aragonū, nā hic exhordiēdū cēſeo, q á Ioāna Neapolis Regina adoptat⁹, magna claſſe & copĳs Neapoli ꝓfect⁹, captus primum a Genueñ, hinc a Philippo mediolanenſi duce honorifice dimiſſus, & liberaliter adiut⁹, cepit regnū illud diu obſeſſum, expulſo Renato Andegauēſi, quē ipſa eadē Ioanna poſtmodū adoptarat inconſtantia muliebri. Ti. quid feciſſent nati, qui adoptati ſic inſaniebant? Pol. Turbat eo motu Italia, dū nouus Rex ſuſpenſos & ſollicitos tenet Italiæ populos multis bello laceſſitis. Turca Byzantium expugnat, & mox per occaſionē Trapezuntē, cū vniuerſa Ponti ora, cui iam olim imminebat. nec ſubueniri ex Italia Chriſtianis potuit. Nec reliq occidētis res ſatis qetę, ſatiſq; pa

Alphōſus

Bellū Neapolitanum

Renat⁹ Andegauen

Byzātiū capitur

catæ p id erant temporis. Francis enī Bur-
gundi & Britanni negociū faceſſebāt. Rhe
natus Ioanni filio ſupſtes Carolum fr̄is ſui
filiū hęredem ſcripſit. hic quū liberos nul-
los genuiſſet Lodouico .II. Gallorū regi Lodo
domū cum Neapolitani regni iure, hoc ē uicus.
belli materia fœcūdiſſ. teſtamento reliqt. II
Sed hic natura ſua ſemper ab Italia abhor-
ruit. Tir. neſcio in alījs q̄ prudēs, in hoc cer
te non mō ſapientiſſ. ſed vates quoq;. Po.
ita Neapolitana illa cauſſa tantiſp iacuit in
gēti Galliæ felicitate, ſed q̄ diutnā nō fuit.
Carol⁹ Rex octau⁹ adminiſtrationē nact⁹. Caro
nihil antiqui⁹ duxit aut pulchri⁹, q̄ regnū l⁹.8.
illud vi atq; armis repetere. & āpliſſ. alioq
ditiōi ſuę adiūgere. coegit ingētes copias,
cōcuſſit trepidatiōe tātæ expeditiōis Galli
as, Italiā, Hiſpaniā. Min. memini illi⁹. tale
animalculū, tā puſillū, tā deforme tātos ex
ciebat mot⁹? & qdē tā breui periturū? Po.
hoc ip̄e nec ſciebat, neq; metuebat. Vene-
rat in regnū florentiſſ. iuuenis, char⁹ atq;
expectat⁹ ſuis. nobilitati p̄ſertī defeſſę per
petiēda īprobitate p̄ris atq; odio, allexerat
vndiq; milites largitate ſua, & ſpe opulen
tæ predę. Ti. hoc ē vere regnare, auitū re
gnum perdere, vt nouum quæras. ſic ſen
tit popul⁹ regē habere ſe. Po. Turca inte-
rea diſcordījs n̄ris potēs effudit ſe lati⁹, ce-
pit pulcherrimā & nobiliſſ. Eubœæ partē.

Græ- ciaca- pta Græciam, Macedoniã. Euboeam, inſulas ægei maris. dum Chriſtiani de pugno terræ inter ſe decertant, ille eis ampliſſimam ditionẽ ademit. multa molientib⁹ nr̃is hoĩbus, & ſubinde coeuntibus in cõſilium, vt Turcę obuiam iret. ſed in irritũ oĩa. Tir. citius de cõi ſalute lupi cum agnis deliberent, & ſtatuant, quam Chriſtiani. qui fiet vnquã aliter? vbi quũ de cõi & publica re deliberat. nemo ad hanc reſpicit. quiſq; ad

Bellũ Nea- polit. 2 ſuam priuatam. Pol. Aperuit alpes Carolus. Ti. hoc eſt patefecit aditum ſpoliationibus, cladibus, miſeriæ Galliæ. Pol. Trãſijt in Italiã cum maximis opib⁹, ſed quas oẽs effudit. terruit Italiã & vrbẽ. expugnat regnum, redit in Galliam nõ ſine periculo. Nam dimicãdum ei fuit in Inſubria. Quãtus apparatus tam breui comœdię? paucis poſt diebus regnũ illud a Gallis deſciſcit. & Rex ipſe moriẽ. Tir. Hic exitus cuiuſq; fabulæ. & nemo alienis exemplis admonetur, nemo fit cautior. Pol. Succedit Lodo-

Lodo uicus 12 uicus, qui non mõ ius Neapolitanum repeteret, ſed Mediolaneñ quoq;. Tir. Scilicet vt aĩoſus aleator ſponſione geminata, in apertius diſcrimẽ ſe & ſua adduceret. Pol. Baiazetes Turca mortuo apud nos fratre eius, quẽ veneno ſublatum eſſe fama eſt, maxima eorum, qui id fecerunt demẽtia, gaudere, & agere quod Ruſticum illum

ferunt in Apologis filios ſuos docuiſſe, vt ſigillatim virgas frāgerent, quas ſimul ne quiuiſſent. arripere quamcunq; expetiſſet prædam, & pauliſp conquieſcere, dum eā cōmunit, ac p partibus ſuis confirmat, ne eripi poſſit facile. Mi. atqui callidos hoīes audieram eſſe vos. Pol. eramus. ſed odia, voluptates, cupidines prauæ dementarūt nos. Lodouicus rex Mediolanum recipit á Lodouico Sfortia, & eum captiuum Gallis oſtēdit. Tir. magnum eſt hoīem victū, & vinctum quo velis ducere, & quibus velis oſtendere. Poly. Adiecit ad Neapolim aīm. nec aduerſata eſt ſors. cepit eam. Sed quum Fernandus Hiſpaniæ Rex Ioannis Alphonſi fratris filius videret opulentiſſimum regnum velut prędam relictam in medio fortunæ belli, miſit eo magnā claſſem. primū hoc prætextu ſuppetias ſe ſorori ſuæ & eius filiæ ferre, quæ duob⁹ Neapolitanis regib⁹ nupſerant Alphonſo & Frederico. pugnatū eſt aliquoties. & Gallus vbi parem ſuum ſenſit, egit de præda partiunda. non recuſauit in præſens conditionem Fernandus. Tir. Vafer; maluit dimidium tollere, q̄ periclitari de toto. Pol. Sed nulla fides regni ſocijs. vtriuſq; milites alteri ab alteris laceſſiti, vt eſt gen⁹ hominum inſolēs, vel odio quieti ſatq; ocij, cuius ſunt impatientes tanquā ſterilis ſibi,

Bellū Neapolit. 3. & Mediolan.

Fernād⁹

Bellū Neapo. 4

atq; infrugiferi, ruperunt fœdera. & graui bello de tota poſſeſſione certatum ē. col latis ſignis aliquoties dimicatum. magna vtriuſq; gentis ſtrage. Sed quod res indicat, Galloũ maiore. Pulſi ſunt regno. Pauci qui ex conflictib⁹ ſupererãt, receperunt ſe Mediolanum, quod adhuc Gallorũ imp io tenebatur. Tire. hui cœnam peſſimam, magno cõparatã. Mars moleſta nauis. quicquid edit vector, cogit reuomere. Mi. confer in pauca. Po. non poſſum breuius. Suc

Iuli⁹ cedit Iuli⁹. 2. Pontifex. Tir. oleũ camino.

.ŋ. Mi. cui ſecundus? Tir. C. Cæſari. Po. huic venit in mẽtem patrimonium D Petri vẽdicare itaq; coitiõe cũ Gallis, Hiſpanis, Germanis facta Venetos inuaſit. detractę his non paucæ plumæ. Hic viſum eſt Italiam Tranſalpinis gentibus, hoc eſt Barbaris, ſic enĩ ipſi vocant, purgare. placuit a Gallis exordiri. & in hoc abuti Hiſpanis armis poſtmodũ re cũ ipſis Hiſpanis futura. Ti. excomunicata Gallia toties, & tã ſæue, vt mirer ſupeſſe eis comune quicquam. Pol.

Rauẽnę prę lium pugnatum ad Rauennam ingenti & cruẽto prælio. Galli quidem victores, ſed ita acciſi, vt coacti ſint Italia decedere. Tir. planc vt ſit prouerbium vetus, interierunt victores, fleuerunt victi. Polyp. morte Iulij Hiſpani liberati ſunt bello, quod eos indubie manebat, ſi ſtrenuo illi patrimonij D.

Petri defenſori longior vita Petri beneficio contigiſſet. Tire. nunq̃ Petrus faciet rem. alioqui hunc curaſſet ſeruandũ. Pol. bellũ tñ quaſi p̱ manus ſucceſſori eſt Leoni relictum. is Reges Hiſpaniæ & Britannię magnis pollicitationib⁹ ad bellum pellexit. in quo Nauarra fuit Fernandi præda. & Scotorum Rex Iacobus in acie ab Anglis cæſus eſt. Tireſi. Non omnes qui venantur feram, occidunt. multi etiam pereunt: & bono ſeniculo Fernando par erat aliquod dari laboris pręmium. Polypra. Atqui Iulius, vt Gallis dirarũ & deuotionũ plenas naues miſerat, ita Fernando venias & fauſtas præcationes, quot vel poſſent expeti. Tireſi. Ad animam quidem hæc, Nauarra vero ad corpus. ſi vtrumq; laborat, iniquum eſt non vtrumq; mercedem auferre. Polypragmon. Leo.x.

Ex diſcordia confœderatorum pax naſcitur. Lodouicus vita decedit, & aliquanto mox Fernandus. Tireſias. Nimirum vetula veterina iuueniliter volebant excurrere. & Lodouicus imprimis campum nactus perpulchrũ. ſed vngulæ ſuæ nimis lamoſum Polypragmon. Huic Frãciſcus ſucceſſit gener. Fernando Carolus nepos ex filia. Franciſcus ſtatim Regni initio ingentibus copijs parat fugitiuæ illi Italiæ compedes inijcere, Frãciſcus.i. Carol⁹.v.

Ti. ſed aureas, puto, & quę magis ad fugã

Bellũ Medi olan. 2 Gallia

ſollicitent. Poly. Mediolanum ingenti prę lio atq; ambiguo, ductu ſuo recipit. Tire. Sed tãtis ſumptib⁹, vt mireris Gallię vbertatem, quę toties demeſſa reuireſcat, & fũdat ex eodẽ ſatu fruges, velut reſtibilis q̃dam ag̃r. medicam dicas ferre, non pecuniam. præſertim quum vtãtur pedite peregrino, & nobilitas equitet continuis tot bellis ſupra quã dici poſſit, exhauſta atq; imminuta. Mi. Dolet ꝑ Proſerpinam ſic affligi Galliam. nam non credas, quot ꝓbę ac innoxiæ aĩæ ad tribunal hoc oĩbus veniãt annis. Ti. Philoceltes videris mihi eſſe o Minos. Mi. non tam Philoceltes o Tireſia q̃ Philagathos, cuiuſcũq; ſit gẽtis. Pol. præclara ſibi videbatᷣ Frãciſcus regni ſui feciſſe tyrocinia tãta ditione imperio ſuo adiecta. itaq; ſtatuit aliquantiſper quieſcere, vires reficere, ac ſe nouo alicui reparare bello. Inter hæc Maximilianus imperator fato defungitur. De imperatore deligendo ambitu & profuſiſſ. largitionib⁹ apud electores a Carolo & Franciſco certatum, quaſi mercimonium licerẽtur, non regnũ. Tir. inepte hęc ſunt illis ſua mercimonia. hæc negociantur. Pol. Vincebat largitione Franciſcus, Sed Carolus memoria tum gentis ſuæ, in qua erant quinq; cõtinui imperatores, tum nationis, ꝙ ad Germaniam

Maximilianus

pa

paternum genus referebat. Itaq; hic impe rator declaratur, Magnorũ odiorum radi ces iam pridē natæ, adultæ hinc inter duos iuuenes prçcipuos orbis Chriſtiani, pares nobilitate, opibus, ditione, potentia. Tir. Adde ēt felices & ſibi, & ſuis regnis, ſi feli citati ſuę modum ſciuiſſent ponere, conten ti ampliſſimis imperijs, non ferro, non vi partis. ſed a maioribus relictis hæreditate. Poly. Dum in Germaniam ad ineundum principatum ex Hiſpania Carolus redit, cō ſecuti ſunt motus Hiſpaniȩ plebis aduer ſus nobilitatem, vrbium aduerſus vrbes. Ti. rabies, nō diſſenſio. neq; enim ſciebat multitudo, quid peteret, cur arma corripu iſſet, pro quo pugnaret. optimates quod eſſet belli ſui præmium non ignorabant. Poly. hanc occaſionem Frãciſcus arripuit, & in Hiſpaniam exercitum miſit ad inter cipiendam Nauarram. Hinc bellum exor tũ quod huic tēpori incredibilia mala īpor tauit. Capta a Gallis Nauarra, & ante ſex tam hebdomadem cum ipſorũ clade amiſ ſa. Nam Hiſpani externo hoſte, conſpecto iras in illum & arma conuerterunt. Carol⁹ ad Valencennas Belgicas non multũ a ca pto, aut certe obſeſſo abfuit. Tire. pericu lum adit, qui facit. nec quiſq̃ eſt tã potens, qui tutus ſit, ſi hoſtem habeat. Pol. adiun ctus partib⁹ Cȩſaris Britannus. Scotus Cal

Carolus imperator.

Hiſpaniȩ motus

Nauarra capta & recepta.

Caroli diſcrimē

ſis.itum in Italiam. Pontifex Cęſarianum, ſe ē ꝓfeſſus, ademptum Mediolanū Gallo
Bellū Medi olan. .iij. poſt magnum prælium. & Tornacum in Belgica. Cæſari vero fonterabia in Pyre- neis, ſed quæ poſtea eſt recupata. Preſſus Gallus vndiq; in Cæſarianos, qui Maſiliā obſidione cinxerant totis virib[9] incubuit. quos quum illinc in Italiam fugaſſet, ma- gna eſt eos celeritate pſecut[9]. ꝙ niſi Cæſa riani pari vſi eſſent in fuga celeritate, & cō pendijs viarum, maxima fuiſſet vel acce- pta ab eis clades, concluſis & fugientibus, vel certe data a deſperatis. Ad Ticinū ve
Pug- na ad Tici- num Rex Gallię captus ro pugnatū eſt in ſepto. ibi cōtrucidati Gal li, & Heluetij milites, partim in amnem de merſi, dū fuga ſaluti ſuæ conſulunt. Rex cum frequenti nobilitate in manus Cæſa- rianorū venit. Tir. Qui ad ſe Martē accer ſit canem rabidā, fieri'ſec[9] non poteſt, quin mordeat. Et ſunt, qui ad mala ſua, curſim contendāt. Min. Quid interea Turca, dor- mījt ne? Po. minime gentiū. Nou[9] Prin- ceps, quę maiorib[9] ſuis fuerāt inexpugna bilia, Rhodū inſulā & Belgradū, vere gra dū Pannoniæ & Chriſtiani noīs, maxima nr̄a ignominia ſubegit. Mi. quid Rhodū a miſiſtis? Ti. q̄ obliuioſus es Minos? nō re cordaris anno abhinc tertio, quot ad vr̄m tribunal veniebāt aīæ, & quidem ꝑ millia. aliæ ſauciæ, aliæ languidæ, aliæ candidis

crucib⁹, aliæ notis barbaricis inſignes. Mi. memini equidē. illinc veniebāt? Ti. illinc. Mi. ſed acceſſit ille tā ꝓpe. Tir. lōge iſtis vi detur qui nihil ſentiunt, niſi viuū ꝑſtringat. Pol. adducitur in Hiſpaniā Franciſcus ad Cæſarem. ibi de pace inter eos. cōuenit. Sed interea Pontifici & Venetis placuit, vel quod oli Iulio, Italiā externo liberare dominatu. vel nō ſinere opes Cæſaris ſemper ipſis formidabiles in Italia inualeſcere. dant operā vt coniurent ciuitates Italiæ in fœd⁹ quod ſanctū appellarūt. Tir. ꝓbe faciūt. nomen & omen quantiuis prę cij. Po. dimittitur Frāciſcus in Galliā, datis duob⁹ paruis filijs obſidib⁹. quos reciperet ſimul primum pacta inter ſe & Cæſarem præſtitiſſet. ſed Rex ſollicitat⁹ ab Italis fœderi ſe adiunxit Tire. putauit expectādum luſus exitū. Poly. Itaqꝫ diſtulit tradere, quæ promiſerat. Pacis cōditiones Cæſarianis vidētur æquiſſimę. Gallis, & qui pro eis faciunt, iniquiſſimę. Tire. ſic vſu veniebat filijs meis colludentibus. nullus vnq̄ faciebat iniuriam, accipiebat ſemper. Poly. Hiſpani militis grauem atqꝫ acerbam inſolentiā negāt Itali eſſe iā amplius Italiæ tolerabilē. Ti. O quale hoīm gen⁹, dij vrām fidē, noīaſti Hiſpanū militē? Sunt quidē milites oēs ꝑferuidi, arrogātes, incōpoſitiſſ. Ecqs. n. ē miles vel ſuo ipſi⁹ pr̄i tolerabilis?

Pax Caroli & Frā ciſci

Fœd⁹ ſanctū

Hiſ

Hiſpani tamen milites nullis aliis cedunt improbitate, duricia oris, atrocib⁹ dictis factiſq́, neſcio an ex tanta continuatione victoriarum. Itaq́ non dubito illos violente ſe ac impotenter geſſiſſe. multaq́ facinora feciſſe fœda atq́ abominãda, ſtipẽdio præſertim tam diu dilato, & ad poſtremũ ęgre appenſo. neq́ enim erat vnde. idq́ illi interpretati ſunt, quod faciunt ſane nõ admodum inuiti, iuberi ſe ex victis rapere, non nunq̃ ex ſociis quoq́. Quib⁹ de cauſſis in genstum Italię, tum aliarũ quarumdã nationum aduerſum ſe, & principem ſuũ & vniuerſum hiſpanum nomen odium concitarunt. Etſi merent ſub hiſpanis ducibus Itali quidam, qui crudeliora in ſuos edunt facinora, q̃ vlli Hiſpanorum. nominant̃ hi quoq́ Hiſpani, quia ſub eiſdem ſignis, & duce Hiſpano. Sed nec ſtatuere poſſum an Italorũ querela ſatis iuſta, vt bellũ alieniſſimo tẽpore mouerit. Et alioqui illis inuiſus ſemꝑ eſt victor. quod ipſis cõe eſt cũ cæteris ꝓuinciis, quæ victæ ac ſubactæ alieno ĩperio reguntur. ſicuti M. Tullius deplorauit Flaccum defendens. Pol. Turca menſe hoc Danubium trãſgreſſus validiſſima manu Pannoniam inuaſit. & grãdi prælio noſtros concidit. inter quos ẽt Regem admodum etiamnũ adoleſcentem, nec ſine Turcarum ſtrage. Nam Bohemi & cæteri Germa-

Pannonia a Turca ex-

mani ſtrenue locum, quem initio prælij oc cuparãt, tutati ſunt. ſed fere multitudo eos hoſtium oppreſſit, & fuga a qbuſdam ex acie facta ordines apuit, diſſoluit, laceran dos hoſti prebuit. Hinc Turca pHungariã effuſus expilauit, & continuo poſt incẽdit vrbes, pleroſq; mortales trucidauit, peco ra abegit. cædem vbiq; & ſtragem attulit. multa fœde, multa horrẽda patrata ſunt. In Italia de poſſeſſione Inſubriæ inter Cæ ſarianos & confœderatos maximis conati bus certatur. Dolet vehementer non obti giſſe mihi fatum aliquanto longi⁹, vt finẽ fabulæ huius licet tantope atrocis triſtiſq; ſpectarẽ. Tir. votum improbũ Polyprag mõ diuturnã vitã nimis optabas. neq; eni erit ita breui malorum finis. nã videor mi hi videre res orbis Chriſtiani conuolutas, tanq̃ globum fili innodatũ atq; implexũ, vt eglomerari vix poſſit. niſi Deus ipſe ſa pientia & bñficio ſuo opem ac ſubſidiũ af ferat rebus tam afflictis. & labentes ac ruen tes fulciat. Mi. Egregie functus es tuo mu nere Polypragmon. edocuiſti me vñ tanti aĩarum caſus. pbe atq; ordine videris mihi latrocinia illa pcurriſſe. Nã qd aliud ſunt inter Chriſtianos bella, q̃ mera latrocinia? Inſanias mihi narraſti, non bella. Cæterũ poſt tot ſumptus, pericula, diſcrimĩa, vtra pars facta eſt ditior, aut meliore eſt condi tio

pugna ta

Bellũ Italię

tione? Pol. vtriq; o Minos. & ſocij eorum oẽs exhauſti, regna compilata, nobiltas fracta et acciſa, florẽtes olim vrbes ſolo æquatæ. agri exinaniti, deſerti. hæc quæſita ſũt per tot labores & mala data atq; accepta vltro & citro. Mi. quid furori ſimilius? Tir. hoc ipſum. ſi modo ſimile ſit quicquã ſui ipſius. Nunquam ne verſiculum illum audiſti. Stultorum regum & populorum continet æſtus? Mi. audiui ſæpe. Tire: nunc rem expreſſam audis, Min. Sed ſunt ne vera hæc oĩa Tireſia? Tir. veriora ijs, quæ ad Sagram, & q̄dem cruentiora. Heu quantum potuit terra pelagoq; parari hoc, quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextræ. Nõ Turca ſolum deleri, ſed ſubigi ẽt potuit, quicq̄d terræ ac maris inter orientem atq; occidentẽ ſolẽ patet. Mi. ergo vt video

Italia nutricula bellorũ oĩm eſt Italia, illinc orta bella inter vos ætatis huius oĩa. ab illis hoĩbus educata & redaccenſa. illic maxima ex parte geſta. Cur nõ ea cedũt Italis, & rem tam perniciosam poſſidenti ſinunt valere? Ti. nihil vtiq; Hiſpaniæ & Galliæ vtilius o Minos. vtinã aĩm tranſalpini poſſent inducere, vt id facerẽt. eſſent duo illa regna imo Chriſtiana oĩa quietiſſima, lętiſſ. florẽtiſſ. viris, diuitijs. amica inter ſe. tũc Chriſtiani orbis firmiores opes, copię, vires, & Turcis impẽſe formidabiles. Sed preterq̃

quod

quod videt̃ ipſis præmiũ dignum bello & victoria. Itali ipſi illi, qui expulſos voluiſſent exteros, qui conati eſſent, q̃ ſumpſiſſent arma, q̃ acie congreſſi, ijs digreſſis altero die alpes tranſirent, vt aliquẽ vel Hiſpanũ accirent, vel Gallum, qui in ſe domi naret. Mi. quid malũ, neſcirent ipſi ſua regere? Tir. ſcirẽt, & aliena quoq;. nã ingenijs ſunt præditi. valẽt conſilio, prudẽtia, vitæ vſu atq; exercitatione. nec virib⁹ aut armis ſunt poſtremi. ſed factionib⁹ ſũt diſſecti, & odio laborãt incredibili inter ſe. ea res ciuitates oẽs atq; impia q̃libet potẽtia, & recte firmata ac cõſtituta diruit, fũdituſq; extirpauit. Itaq; mõ iras ſuas vlciſcãt, ca nẽ aliquẽ nedũ hoĩem quemuis principẽ & dñm reciperẽt. Malũt Hiſpano, Gallo, Germano ſeruire, q̃ parere ciui. Prudenter quidã eorum vates cecinit. Sic eſt, acerba fata Romanos agũt. Sceluſq; fraternę necis. vt immerẽtis fluxit in terrã Remi Sacer netib⁹ cruor. Po. illi de Italia liti duæ aliæ acceſſerũt. de Burgũdia Mariæ Caroli filię a Lodouico. xi. adepta. quã Carol⁹ hic velut hæreditatẽ ſuã armis repetit. qñ hoc ſolũ ẽ i⁹ interponẽtes. & Nauarra, quã a Iulio publicatã bello gallico Fernãd⁹ Aragoni⁹ ĩter cepit. Mi. qd Põtificis ſũt regna, vt ea qb⁹ velit detrahat, qb⁹ velit attribuat? P. ius q̃dẽ aiũt eẽ Põ. poſſeſſionẽ aũt ferri & viriũ.

Odiũ

Burgũdia

Nauarra

Mi.

Mi.has mallem.Pol.nimirum & ius pon-
tificium his cedit. Sed de Nauarra leuius
malum.ꝙ q amiſit nō amplas habet opes.
nec de Burgundia graue,ꝙ hi non ambiūt
& ſollicitāt alios principes, vt ad ſe veniāt
ingentia pollicentes.Min.Oportet eā eſſe
Italiam,quam quiſqꝫ facile expetat.& pro
qua,ſicut de Helena dicitur,indignum nō
ſit tot gentes in diſcrimen belli venire.Po.
Eſt quidē amœniſſima regio, & ſoli vber-
rimi.tum vrbibus ac populis frequens.pla
ne qualē Vergili⁹ deſcripſit. credo legiſſe
te,& ſi latinum poetam.Sed illis tantum ē
Italiæ vtilitas Italia vtilis,qui in pace & ſine vlla contro-
uerſia poſſident. vt Sicilia olim Regibus
Aragonum. Nam alijs non ſolum annui
illic reditus alendis præſidijs non ſufficiūt
ſed multum eſt de ſuo addēdum. Equidē
de ijs, qui id ſcire belliſſime exiſtimabāt,
audiui,quum dicerent,ad fiſcum Fernandi
Regis numum vnum ſeſtertium ex Nea-
politana ditione nunquam rediſſe.q̄n po-
tius mitti illuc ſolitum ad tolerandos mili-
tares ſūptus ex ꝓuētib⁹ Caſtellæ.Sit hoc ti
bi maximi argumēti vice,ꝙ Gallia & Hiſ
pania ex quo cęperūt ī Italia res gerere,ex
hauſtę & ꝓfligatæ ſunt. Italia nō eſt drag
ma facta pauperior, niſi quātum militaris
furor vaſtauit.Mi.quid ergo? Tir. ſtulta
ambitio nominis ſine re. & Itali ipſi ijdem

in cauſſa. Mi. At Tireſia quam tandẽ me-
dicinam adhibendam tantis malis cenſes?
Tir. quid iuuat ea de re conſultare, quum
illi bonis conſilijs parituri non ſint? adeo Conſi
excæcatus quiſq; ab affectu autore peſſi- lium
mo rapitur. Min. ſed quid obſtat, quin ſen
tẽtiam tuã aperias, modo paucis, anteq̃ re
pleatur forum vmbris, quæ poſtulent ſibi
ius dici. Tir. neſcio quid ſperandum ſit o
Minos in tam aſpera & confirmata diſcor-
dia. vbi quiſq; improuidus ſui, vicinũ vel
let perditum. putat ſe quiſq; non tutũ mo
do & incolumem, ſed auctum quoq; & lo
cupletatum fore, ſi vicino ſit q̃peſſime. at
qui ſi vicini domus ardeat, non eſt vicina
domus loco optimo. Peſſimum ꝑfecto ha
bebit vicinũ, quiſquis habebit Turcam. lu
pos mallẽ, aut paluſtrẽ aliquẽ & peſtilentẽ
agrũ. Po. Atq cõſtans eſt apud ſuperos ru
mor, immiſſũ Turcã in Pannoniã ab ijs,
quos minime decebat, & a quibus nemo
vnquã metuiſſet. Ti. ego vero metuo, ne
magnã malã peſtẽ, & bñ adultã ſibi accer-
ſierint & illi ipſi, & quotquot venienti nõ
obſtiterint ꝓ virili. Min. quo tandẽ fœde-
re coierunt? ꝑ quos iurarunt deos, quum
pietate & deorũ cultu tantum inter ſe diſ-
tent. quis Turcæ ꝓ Chriſtianis ſpopõdit,
quũ ingreſſus eſſet in Pannoniã, nõ oẽs ad
uerſus eũ conſpiraturos? & correptis armis

cõcurſuro in eius pniciem, tanꝗ ad reſtin-
guendũ incendiũ? Tir. nihil opus eſt iure
iurãdo. præſens vtilitas maximũ eſt inter
eos fœdus, & ſocietatis vinculũ. Ingentia
Chriſtianorũ diſſidia & irreconciliabilia ſa
tis Turcæ ſpondent fore tuta oĩa. Quin tu
quæris potius, quis dat Chriſtianis obſes,
Turcã non inuaſurũ illos, a quibus ſit in
Europã aduocatus? hoc magis eſſet eis ca
uendũ & ꝓuidendũ. præſertim quum nõ
pauca ediderit in eos ipſos exempla, a qb⁹
eſſent ſibi ciuitates & populi ꝓditi. Min.
Oportet eos odiſſe mutuo capitaliter, qui
nunꝗ faciunt bellandi finem vllũ aut mo-
dum. nihil ſatis iuratũ, ſatis ſancitũ, firmũ,
pactum. nulla pax valida, nullæ induciæ,
facta oĩa infecta. firmata infirma. Ti. illud
peius, ſi videas quemadmodũ inter ſe ge-
rant bella non gladio aut haſta, vel ſcorpio
ne, aut arcu, vt vna plaga, quũ eſt lethalis,
mortalẽ vnum abſumat. tormẽti genus ẽ
Bom-barda ab ijs eis reptum, quo excuſſo graui⁹ conſter
nere, ꝗ quum tonat Iuppiter. proſternunt
vno excuſſu viceni, quadrageni, centeni.
Scipio. Dij immortales qualis hæc eſt ra-
bies? ergo nullus eſt iam locus, nec honos
Viri fortes viris fortibus? Tireſi. Viros fortes caſus
iam facit. ſi multis prælijs ſuperſint. non
animus, aut robur. Scip. Atqui memi-
ni dici mihi in Græcia, fuiſſe illic Laconem
quẽ

quędam hoĩem militarẽ, qui viſo ſcorpio- nis genere, quod erat nup e Sicilia allatũ, exclamarit, perijt viri virtus. quid nunc exclamaturus, ſi illa videat? Tireſ. quid? perijt hominis humanitas. nã ex hominib9 degenerauerũt in feras ſæuiſſ. & Chriſtiani inuento hoc nuſq̃ accurati9 quam in Chriſtianorũ pernicië vtunt. Turcæ inuiti ad hæc tela deſcenderũt & coacti, ne a Chriſtianis facile vincerent, ni ea in caſtris tormẽta haberent. Scip. illud vehementer admiror, vt inter ſe inimiciſſ. ſint animis, ingruente tamen externo hoſte, non coadunari & cõſentire in tutelam comunis ſalutis. vt canes ad conſpectum lupi, aut feræ alius. Hoc enim et vidi, & legi, & fando audiui vſu veniſſe in vnaquaq; ciuitate. vnde natus ſit ille Syncretiſmos græco prouerbio celebratus. Multa ſunt in ciuitate noſtra exempla, multa in Gręcia, & quod recens de Hiſpania Polypragmon retulit, eorũ populorum vel hominũ, qui priuatas inimicicias tantiſp ponebant, dũ extern9 metus vrgeret, quo ſublato ad priora diſſidia redibãt. dici enĩ ſolet hoĩes mala cõiũgũt. & nullos eẽ veriores amicos, q̃ q inimicũ habẽt cõem. Ti. vtunt quidẽ arte hac, ſed in Chriſtianũ. vt vero inter ſe pacẽ coeãt aduerſus hoſtẽ ſuæ pietatis & Chriſti, nihil eſt ſatis validum & efficax, non reſpectus

Scorpio

Inimici con inngũtur in periculo

Chriſtiani Principis, & fortaſſis cõſangui
nei, vt ſunt oẽs ſanguine inter ſe & affini-
tatibus connexi. malunt ditionem eius eſſe
ſub Turca quã ſub ꝓpinquo. ſuã mallent
á Turca, ꝗ a Chriſtiano occupari. quod ĩ
dubie futurũ eſt, ſi ſic ꝑgant. Quãta demẽ
tia, cũ Chriſtiano licebit agere legationibꝰ,
iure, diſceptatione, amicis cõibus. precibꝰ,
deprecatoribus. a Turca vero nihil vnquã
æqui & boni impetrabit. Nec tantulũ vel
pietate, vel populorũ reſpectu aut dei tan-
gunt. An nõ commodius populi ſub Chri
ſtiano viuent Principe, ꝗ ſub Turca? Iam
pietas vt frigebit ſub Rege ex ꝓfeſſo hoſ-
te pietatis. Interfui apud Elyſios die quo-
dã, quũ Lucanꝰ ſodalibꝰ aliquot ſuis de bel
lo ciuili Pompeiano multa narraret, vt vi
debatur acta temporũ illorum exactiſſime
nouiſſe, inter cætera referebat Lẽtulũ quẽ
dam magno aĩo virũ ex vetere illa nobili-
tate Romana poſt pugnã Pharſalicã, qua
Pompeij opes fuerunt fractæ a Cæſare, di
xiſſe, hoc vnum vrbi Romæ ſolatiũ ex tan
tis belli illius calamitatibus reſtare, ꝙ ciui
eſſet ſuo ſeruitura, nempe Iulio Cæſari. ſic
Europæ, quãdiu nullũ eſt a Turca ꝑiculũ,
illa eſt vnica conſolatio, ꝙ quiſquis vincat,
erit Chriſtianus. At Turca ſi vincat, quod
ſolatium erit reliqui? quæ in poſterũ boni
ſpes? hæc ocioſi & ſecuri ſpectant, & auer

ſi a cōi hoſte mutuo depugnāt. Multū vereor, ne & in Italia hoc tpe de hoc vno tātū certet, ab vtris Italiam capiet Turca, a Cæſarianis an a cōfœderatis? Putat ſe vnuſquiſq; ſaluū fore et quidem ſolum. quaſi vero expugnatis reliquis, illū vnū ſit Turca paſſurus regnare, non ſibi ſubditum nō vnū ex ſuis baſſanis. Fruſtra hæc moneo, & vociferor. Incendium hoc paulatim inuadendo queq; ꝓxima, extrema quoq; corrūpet. Sed alīȷs ſunt ſuperi intenti, nec exaudiunt, q̄ apud inferos clamam⁹. Baſili. licet paucula Minos dicere? Min. dic dū ne inſana. Baſi. ſaniſſ. & prudentiſſ. Non intelligis. Tireſia, ſi cui eſt Principi aut populo fœdus cū Turca, huic Principi grādia & validiſſ. cū illo intercedere iuramēta, res amicorū ſaluas fore. Ti. plurimū tu quidē alieno iuriiurando tribuis, qui non es ſoli tus multum tuo tribuere. ex te ipſo velim de alīȷs cōiecturā ſumas. Ba. Tireſia quod ſit dictū cū tua bona venia, apparet te, etſi dicaris Thebis regnaſſe, nunq̄ tamē ex caſulis ꝓdiſſe, nec regum vidiſſe palatia, qui me æques Principibus. Ti. an non tā oportet te q̄ iuraueris, præſtare, quā ipſos Principes? Sed q̄nquidem te arbitraris hoīem, illos deos, aut illos hoīes, te pecudē, dic q̄ pax, quod fœdus, q̄ fides vel publice vel priuatim data, ſancta fuit ætate hac & fir

ma?. Ergo Chriſtianus quod Chriano iura uit, non ſeruat, ſeruabit Turca, quod Chriſtiano ꝓmiſit? niſi credis Turcā religioſi⁹ Mahumeti ſõnia colere, quā vos ſanctā pietatē dei veri & immortalis, pſertim quum vos ſciatis nefas eſſe fidē frangere, ille contra ius faſq; eſſe credat circūuenire vos, lædere, tollere hoſtes ſuæ ſupſtitionis, idq; eſſe iuſſum ſibi a ſuis oraculis. Nec pauca ſane Cōſtantinopoli, Trapezūte, in Pānonia, in Eubœa exēpla oſtendit ſe fidē, iuſiurandū, deum ſuum, miam, humanitatē flocci non facere. Mi. Atq; ex te Baſili audire ꝑcupio, quæ tandem cauſſa Chriſtianos Principes ad tanta & tam continua impellit bella. Ba. multæ ſanæ & graues. Tire. eas ego nō video. Ba. non mirū nam es cæcus. Tireſ. atq; vides me hic apud inferos oculatiorē eſſe te. Baſ. hic vero tu & oculatus, & aurit⁹, ēt linguax. apud ſuperos vero nihil cernis. T. tu vero ita illa cernebas, vt ad hæc aīm nunquam deflecteres. Baſ. animaduerti Tireſia, quod nolim dictum putes ſine ſtomacho, te iamdudū in Principū bella ruſticis facetijs ludere, & res maxime ſerias irridere. Tir. ego vero Principes omneis venerandos eſſe exiſtimo, ob temperandū qualibuſcunq;. præterea ſummam bňuolentiam effuſumq; oīm fauorē deberi bonis. Sed quid faciendum cenſes

Colacule vrbaniſſ. & quod tu libentius au
dis, auliciſſime. vis me puerila grauiter au
dire, ſtulta & furioſa ſuſpicere, crudelitatẽ
approbare, homini vero iraſci te hoc nouũ
eſt atq; inſolitũ, q̃ ẽt ĳs, quos oderas, eras
blandus. Nam te habere ſtomachũ nega-
re non poſſum. q̃ illi⁹ grã indigna egeris,
paſſus ſis, dixeris, audieris ꝑmulta. Sed ꝓ
fer ex diſciplina iſta aulica reconditas iſtas
atq; admirabiles belligerandi rationes &
cauſſas, Ba. Primum ocĳ vitãdi cauſſa. ro
go te quid faciet iuuenis Princeps cum iu-
uentute nobili? Ludent ſcilicet aleam, ſede
bunt domi, cõpotabunt, ſaltabunt, ſcorta-
bunt? ea eſt diſciplina tua, vt hæc velis iu-
uenes principes exercere? ergo optimum
& præclarũ op⁹ q̃runt, quo occupẽt, bel-
lũ. Ti. Midicã rationẽ audiuiſtis. quaſi ter
rtũ nihil ſit, aut illa agere, aut bellũ facere.
Quin poti⁹ cõſilĳs interſunt? prudẽtes au
diũt? dant operã præceptis ſapientiæ? diſ-
cunt populum bñ & ſapienter regere? ea
deniq; meditanẽ, quis ciuitates & regna,
quorum tutelam ſuſceperunt, quiete ac fe
liciter gubernentur? Nam ex bello cædes,
rapinæ, incẽdia, & ꝓpter impunitatẽ, ſcele
ra oĩa naſcũt. i pace vero bonę artes validę
ac pollẽtes ſũt. hoc ẽ Pricipũ mun⁹, hoc no
bilitatis, vtile populis & gẽtib⁹, gratũ deo.
hoc ego ſcio gentilis, tu ignoras Chrĩan⁹?

Ba.iſta Chriſtiana? Audis Tireſia? vtere ad eiuſmodi belluas dictis ſanctarum lrã-rũ, vel authoritate Chriſti. Intelligis eos præſentibus commodis non veneratione vlla dei aut reſpectu virtutis atq; honeſtatis moueri? Nunc nihil miror eſſe ex vobis, qui Turcã non abhominent, quũ Chriſtiani noĩe, mẽte & cogitatiõe tam alieni ſitis a Chriſto, vt nec pudeat talia ex impotẽtia affectus ꝓloqui, & quidẽ ad tribunal hoc, expecta finem colloquij. ſenties, quãti ſint Chriſtiana hęc momenti. & quantum illis tribui decuerat in vita. Tire, Nihil eſt Minos. mea ſũt ruſticana, iſta ſunt vrbanitatis cuiuſdã & ſaliũ. Ba. bona venia Minos, dico Chriſtũ nõ tollere, quomin⁹ prĩcipes ſint principes. & nobiles nobiles. Ti. vult quidem Chriſtus principem eſſe principẽ, at non virum malũ. nobiles eſſe nobiles, ſed non impios hoĩes, qualis es tu, qui tale verbum effudiſti. Mi. Dic alias cauſſas, ſi habes. Ba. quid vis me miſerũ dicere? non poſſum præ mœrore territ⁹ minis tuis, & tanto præiudicio iudicis ipſius. Mi. licebit tibi cauſſam dicere, interea hæc agam⁹. Effunde alia in meam grãm, quo manifeſti⁹ tuipſe dementiã tuã agnoſcas. Baſi. audies iam Minos cauſſam, quã confutare Tireſias non poterit. nec a mea vt tu vis, dementia ꝑfectã, ſed a ſenib⁹ quibuſdã, quos prĩcipes

pes in cōſilijs habent. quoſq; pmultū, de ſa
pientiæ noīe venerant. Bello quęritur glo
ria. tum conſeruat amplitudo imperij. etiā
auget, iubent Principes reſpicere maiores
ſuos, cui⁹ ſint noīs, quā immortalis glorię
illi, qui ditionē auctiorē reliquerunt, quā
acceperit: quā ignobiles vileſq;, qui mino
rem. Simul in teſtimonium magna addu
cunt noīa, & vetuſtate conſecrata. Alexan
dros, Iulios, Pompeios. te etiā inter alios
numerāt Scipio. & tanto magis debere an
niti, ſi quid habeat iuris, vt ſuum recupe
ret. Habes ēt Tireſia, quod in hoc cauille
ris: Ti. eſt quod in libris Myſteriorum le
git. a ſenibus egreſſa ē iniqtas. tametſi nō
credo eundem in modū ſenes oēs conſule
re. ſed tantum eos, vel quibus quæſtui eſt
bellum. vel de quib⁹ merito dicat, bis pue
ri. Oēs iſti tui Alexandri, & Iulij, & Phi
lippi, & Pōpeij ſtrenui ſūt latrones. quod
gentiles neq; ignorauim⁹, neq; diſſimula
uim⁹. quāto ſati⁹ eſſet cogitare, queadmo
dum parta regerent, quam quemadmodū
pararent noua. Auguſtū Cęſarem, quum
Alexandri res in oriente geſtas legeret, ad
miratum ferunt, nō reputaſſe Alexandrū
cum aīo ſuo, qua ratione ac via quæſita cō
ſeruaret, ac regeret. ſed tantum quomodo
q̄ſitis alia adderet. Scipio huius nepos quū
cenſor eſſet, noluit in ſolēni carmine, ſicut
 erat

erat moris p̄cari, dn̄ augēte Rēp. ſed cōſer uate. ſatis, inq̄t, habem⁹ auctā, ſi mō cōſer uet. Iā q̄ gloria ē cū tāta ſtrage auxiſſe? Et īterdū iuueni tā regēdi impito, vt domui mediocri nō ſatiſfaceret, regnū vnū nō ſuf ficit. alia conat̄ adiūgere, nō q̄ adminiſtret, ſed q̄ poſſideat. quū deberet aliīs cedere de ſuo, ſi tātū haberet mētis, vt quod oı̄⁹ ſuſ-

Iura titulorū tineat, intelligeret. Nā iſta vetera iura, q̄d aliud ſunt, q̄ viui radices, vn̄ alia ex aliīs ſuc reſcūt bella, niſi ſimul radix ip̄a obliuione obruta extinguat̄. O q̄nāti ea regib⁹ & po pulis cōſtāt? duo mediuſfidi⁹ regna, qua- le illud ē, quod petit̄, iīs ip̄is expēſis poſſet emi, vt p̄tereā eos, q̄ ꝓ cauſſa ceciderūt. ci uitate sexciſas, depopulatos ingētes tract⁹ agri optimi & feraciſſ. Si tu nō recuſares ꝑ tothoīm mala regnar̄. nō miror ſic de Chrō ſetire te. nec excutio q̄ vana ſūt iura iſta ve tuſti alicui⁹ tituli. Sc. O ſi nūc veteres illi re uiſcerent Romani. q̄ orbē totū ab vſq; Ga dib⁹ ad Euphratē & Tigrī amnē ꝑ fecialē & patrē patratum repeterēt. Ba. de vobis multo diuerſa ratio, q̄ armis q̄ſita armis ꝑ diſtis. Sc. quaſi aliud ſit hoc t̄pe ditionum oīm ac regnorū ius? Sed volo & ip̄e paucu la de bello verba facere, a puero habi⁹ atq; educat⁹ inter arma, & in ipſis ꝓpe caſtris nat⁹, q̄q; ductu atq; auſpiciīs meis milita- re didiceri, & loquar de iīs regionib⁹, in q̄

bꝰ res geſſi, nēpe de Aſia. ad quā ꝑfectꝰ ſū
noīe quidē L. frīs legatus re aūt atq; admi Scipio
niſtratione impator. Si Europæ Principes nis de
odio inter ſe cæci, diſcordia furētes arma a bello
Chriſtianis vellēt in Turcā cōuertere, oīa Turci
quæ expetūt, ꝑlixiꝰ aſſequerent̄, & copio co ſen-
ſiꝰ. Nec minꝰ ſeſe exercerēt, ſed iucundiꝰ. tentia.
q̃ppe cōtra hoīes alieniſſ, ꝓcul diſſitos, ho
ſtes religiōis ſuæ ac noīs. quos nō aliter vi
derent̄ ſibi ꝑſequi, atq; in venatu ferā. Iam
exercitui p̄da opimior, & opulenta ſtipen
dia, nēpe ex lata Turcæ ditione & diuite
Aſia. Tū principibꝰ occaſio ac materia im
pij ꝓferēdi in tātis maris ac terrarū ſpatijs.
Si qs ē īter eos auri & diuitiarū cupidꝰ, hu
ic ego ditia illa cōmōſtrabo ſpolia Gręcię,
Thracię, Macedoniæ, Ponti, Mœſiæ, Pā-
noniæ, Aegyti, Syrię, oīm deniq; gentiū
a Turca tot cōtinuis ſucceſſibꝰ deuictarū.
Præterea opes illas Aſię, infinitas, incredi
biles, vultis quātæ ſint audire, his ſolis in-
gētes ac imēſi exercitꝰ nr̄ę ciuitatis ſuſtēta
bāt. ſi mihi non habetis fidē, Ciceronē huc
adducā hoīem vobis bn̄ notū. Nō viderā
eu qdē apud ſupos. ſed hic oēs mutuo no-
uimꝰ. At īperium, ditionē, regnū mauult
qs. hæc ſpectat. hęc expetit. Quid malum
demētia hæc ē, de. x. aut. xij. paſſuū milli-
bꝰ ducētis tercētū ānis inter ſe digladiant̄.
dant dāna atrociſſima, & accipiūt, vexati,

per

perditi veniunt ad pacem. Nemo eſt, qui non maius & opulentius regnum in Græcia atq; Aſia breui tempore pararet ſibi, q̃ id vnde eſſet ad bellum egreſſus. vt periculum eſſet, ne facile veterib⁹ noua ꝑmutaret. nemo in tã diffuſo imperio & late patenti parum poſſet occupare, cumulo liceret accipere, & plena manu. At in ratione belli hæret qs, eam ego explicabo, non mõ ex ijs, q̃ illic geſſim⁹, ſed quę vidi, audiui,
Ditio Turcę legi. Habet Turca in Aſia patrias opes minorem Aſiam, quæ continet Euxino, Propontide, Helleſpõto vſq; ad ſinum Iſſicũ. ad orientẽ Tauro mõte plus min⁹. Neq; enim ad viuum reſeco. Acceſſerunt patris victoria Aegypt⁹ & Syria, Sultano eiecto. tum in Europa á Byzantio Thraciæ. quæ nunc eſt illius gentis regia, quũ maiorum fuerit Pruſia Bithyniæ ad Iſtrũ & Pannoniã, mare Adriaticum, Ionium, Aegęum, prouincias, quæ ſunt dudũ a Polypragmone commemoratæ. Vires & totum exerci t⁹ robur eſt illi la Meſſia, Thracia, Græcia, Macedonia, et ijs regionibus, quas hoĩes Chriſtiani incolunt. ab illis paruos liberos abſtrahit, quos cogit Chriſtum abnegare.
Mameluci hinc militiæ aſſuefacit. Mamelucos vocãt. robur copiarum præcipuũ. hi coacti & inuiti grauiſſimo dño ſeruiũt, tranſlati in ſuperſtitionem alienam a parentum ſuorum

religione ac pietate, & ab ea illa, qua ipſi in
itiati a primo atq; imbuti fuerant. Ergo iſ-
tos, ſi met⁹ potentiæ non contineat, q̄s cre
dat facturos, quod nunc inuiti ac repugnā
tes faciūt? Græcia ipa & Chriſtianę regio
nes nō mō ſeruitio tāto opp̄ſſæ. ſed quod
iniqui⁹ eſt, ereptis ad impietatem liberis,
nihil aliud q̄ nomen Chriſtiani exercit⁹ ad
excutiendum iugum expectant. quod ipſi
ſine aliqua v̄rorū armorū ſpe aggredi, non
audent, vtiq; nec valent. Nam ad primū
motū, firmis p̄ vrbes arceſq; a Turca diſpo
ſitis præſidījs, antequā arma induere & co
adunari Chriſtiani hoīes poſſent, a præſi-
diarījs militibus conciderentur. Vobis eſt
opus, q̄ primam illam præſidiorū vim nō
excipiatis mō, ſed debilitetis, cōfringatis.
Mameluci ad patriam, ad parentes, auos,
f̄res, ſorores & Chriſtianos hoīes tranſfu-
gerēt. Sed volo ne tranſeant, tutent, p̄pu
gnent ſane tyrannū ſuum, mō excluſo illi
a Chriſtianis nationib⁹ ſupplemēta ab Eu
ropa non mittant. In qua ille non ignorat
ſe velut in alieno ſolo conſiſtere fultum &
innixū metu, atq; imbecillitate illarum gē
tium, & occupatis ac implicitis inter ſe Chri
ſtianis Principib⁹ Ad primum vero belli a
vobis illati motum nihil minus q̄ ſe Euro
pæ auderet credere, velut alienis, & natu-
ra hoſtibus, quoſq; intelligit ſe oppreſſos
atq;

atq; inuitos ſub imperio ſuo continere. Ita q; in Aſiam reciperet ſe ad fontē atq; originem ſuarum opū, copiarū, ditionis, regni, atq; impīj auiti. Eat ſane, dīj id faxint, trāſ feretur illuc bellum. Nunquam Europa in Aſiā eſt ingreſſa, qn eam ceperit, & tenuerit. nunquā Aſia in Europam, qn maxima ſua clade repulſa ſit. Documento ſunt Miltiades & campus Marathonius. Themiſtocles ad Salaminā inſulā. L. Sylla ad Cheronæam. quib⁹ pugnis non cum multis Aſianorū millib⁹, ſed cū multis cētenis millib⁹ non multa Europicorū hoīm millia ſigna contulerunt. Iam de Aſia vt prætereā bellū illud famoſiſſimū Gręcorum cū Priamo & Troianis. populus Athenieñ Coloniasī ora Aſiæ habuit. xīj. vrbes inſignes. & Aſiæ totius ſiue populorum frequētia, ſiue opum copia &, virib⁹ facile principes. Galli eam partē tenuerunt. quæ nunc de illorum noīe eſt Galathia. Alexander paucis annis Aſiā totā non mō cui nunc Turca dominat̄, ſed vſq; ad Indiam, & Oceanum terris illis circunfuſum trigita bellatorum millibus ſubegit. Frater meus vno prælio Tauro ten⁹. vñ Aſiatici cognomen inuenit. Gn. Pōpeius exiguo tempore vſq; ad Euphratem, & ad Septentrionem, feras & incultas nationes, quæ vel nominib⁹ ipſis barbariem ſuam præ ſe ferrent. Cæſar di-

Aſia Europę colata

ſtator tribus horis Pharnacem Mithridatis filium, vt triumpho adſcriberet, veni, vidi, vici. Omittam Ventidiū Baſſum, Tiberium Claudium, Traianum, & alios per multos, qui in Aſiam maximas res pari facilitate & felicitate geſſerunt. Quo magis hominibus ætatis huius pudēdum eſt, hoc ſuo tempore accidiſſe, quod ātea nulla hominū memoria nefando q̃dem fuerat auditum. Magna atq; horrenda noīa & numeroſi exercitus inſonant auribus. Ionīj, Paphlagones, Cilices, Pōtici, Phœnices, Syri, Aegyptīj. tum armatorū genera. hippotoxotæ, pedites, eqtes leuis armaturæ, cataphratti, claſſes ingētes, quas nulli portus capiāt, vix mare ipum, auri atq; argēti copia i credibilis. Olī hęc oīa de Antiocho rege terræ eiuſdē, eadē & magnifica magis iactata ſunt in Aegęo Achaiæ, quū cō filiū eſſet multarū illic gentiū. feſtiuum ē, quod huic tantæ orōni, quā lr̄is T. Liuius mādauit, T. Quinti⁹ reſpōderit. Rex, in qt cōtra peditū eqtumq; nubes iactat, & cōſternit maria ſuis claſſib⁹. Eſt aūt res ſimil limacœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei hoīs & boni & ſciti cōuiuatoris apud quē ſolſtitiali tpe cōmiter accepti, cū miraremur, vñ illi eo tpe anni tam varia, & tam multa venatio, homo non quam iſti ſunt glorioſus, renidens, condimentis ait varietatē illam Titi Quintīj reſpōſum

&

& ſpeciẽ ferinæ carnis ex manſuefacto ſuẽ factam. hoc dici apte in copias regis, q̃ paulo ante iactatæ ſunt poſſe, & in varia genera armorum, & multa noĩa gentium inauditarũ. Dacas eñi & Medos, & Caduſios, & Elimęos viros oẽs eſſe haud paulo mancipiorum melius ꝓpter ſeruilia ingenia, q̃ militum gen⁹. An vero in militũ numero ſitam eſſe victoriã creditis? Quadraginta pugnatorũ millia. ſumo mihi delectorũ, quales in Africam trãſportaui, equidẽ non tanto numero, quum Annibalem vici, reliquum orbẽ hoſti cõcedo. meliore mihi ſpe victoriæ, quo illi plures fuerint. Quid enĩ aliud in tanta turba, niſi alius alium ꝓtrudit, & manus impedit, ne libere atq; expedite queat dimicare? Vtinam tot ẽſſent hoſtes, vt eis campus eſſet anguſt⁹. Nõ moror in re nulli bonorum imperatorũ aut ducum ignorata, præſtare mediocrem bonorum militum copiam bñ inſtructorum, q̃ turbam illã regi inhabilem. quæ nec imꝑia poſſit accipere, nec ſeruare. pugnetq;, vt ſibi videat quiſq;, non vt duci. plurima ſunt & maxima exẽpla, nihil magis ſaluti fuiſſe ĩ pugna, quã mediocrem numerum & concinnum. nihil maiorem attuliſſe perniciem, quã ingentes illas & vaſtas copias. Auſim hoc confirmare homo ſempꝫ in bellis verſatus, rariſſimo victores aliquos fuiſſe,

ſe, quia plures, niſi forte notabilis ſit pauci tas. Quid ꝙ domo licebit ſupplementa acceſſere, ſi ſit opus. ſed non erit aduerſus tã imbellem hoſtem. Dicet vero aliquis, aliæ ſunt nunc res, alia tempora, alius Aſiæ ſta tus. Neq; hoc ipſe neſcio. ſed animi, ſed vi res eædem. Nam ꝙ Aſiam dixi imbellẽ, hoc ſi vel inſcitia, vel nullo militaris rei vſu contingeret, vtiq; mutare poſſe cõfiterer, ſed quia naturæ eſt, non caſus corrigi vtcũ q; poteſt. mutari penitus non poteſt. Ariſtoteles enim ſapientiæ affectator, & alij magni viri permulti, quibus rerum naturas cauſſaſq; perquirere curæ fuit, memoriæ prodiderunt fortiſſimam mundi gentem & animoſiſſ. eſſe eam quæ Europam incolit. Aſianos meticuloſos hoĩes & bello minime idoneos, fœminis ſimiliores q̃ viris. Vt non modo Europa homines cęteris animo ac viribus præſtantiores edat, ſed feras quoq;. Quippe leones qui in Europa naſcuntur, plus habent animi, quã punici. canes etiam, lupi & reliquæ animantes. tametſi Africæ plus oſtendunt ore ipſo ferociæ. Itaq; licet Turca fortiſſimos haberet aliunde collectos exercit⁹, magnam victoriæ ſpem in ignauia ducum haberem collocatam, qui omnes Aſiani ſunt, quippe malim, vt ille dixit prudentiſſime, exercitum ceruorum duce leone, quam leonum duce

Aſia natura imbellis

ceruo. obĳciat mihi aliquis experimenta ſe
culi huius, quo Aſiani Europæ partem ſub
egerũt. ceu vero nunq̃ ſit fando auditum,
meliores a peioribus ẽe quãdoq; ſupatos.
vel ꝑpter ipſorum diſcordias. vel contem
ptu inferiorum, aut ꝙ incauti in periculũ
ruerũt. deniq; caſu aliquo, vt nobis ad Cau
dinas furcas temerariꝰ inter mõtes ingreſ-
ſus, ad Traſimenum circũfuſa nebula exi-
tio fuit. Quid ſi q̃s poſt tres ingentes con
flictꝰ ad Trebiã, & eum quem mõ noiaui
Tranſimenũ, mox ad Cãnas inferiores ꝑ
nũciaſſet vires nr̃i populi q̃ Chartagineñ,
iuſſiſſetq; nos á Chartagineñ pacẽ ſuppli-
ces petere. nȩ ille neq; nr̃is neq; hoſtiũ viri
bꝰ atq; opiꝰ expẽſis, celeri nimis deſpatiõe
romanis rebꝰ in ȩternũ valedixiſſet. vt L.
Metellꝰ, & alĳ q̃dam iuuenes cogitarant,
quos ego ab eo furore reuocaui. Nos te-
meritas nr̃orum imperatorũ afflixerat. ſi-
mul duces populo cautiores elegimꝰ, me-
liore loco ſtetit nr̃a res. & Chartaginẽ cȩpi.
Europæ diſcordiæ primũ inter Cõſtãtino-
polis prĩcipes Aſiã Turcis tradidit. hinc in
Thraciã aditũ patefecit. tũ Regũ Europæ
diſſidia & bella alia ex alĳs renaſcentia ve-
lut hydræ capita aĩm illi auxerũt ad effu-
dendũ ſe latiꝰ in Europã. Res ꝓſperas faci
le quis ẽt ignauiſſ. quũ ſe dant, accipit. Ne
mo neſcit clauũ in trãqllitate regere. Tãtis
cul

culpa vr̃a ſucceſſib⁹ facti ſunt illi paulo au
daciores. Corrigit nonnunq̃ arte aliqua na
turæ viciũ, non tollit. & ſi ars ceſſet, ſemp
natura ipſa, quod ſuũ eſt paulatī ad ſe re-
trahit. & tandē victa atq̧ ſublata arte, ſibi
vendicat. Paulum ſi reflarēt venti & odia
atq̧ iras vr̃as in illum transferretis, agno-
ſceretis ilico Aſianos aīos. detegerent res
aduerſæ atq̧ explorarent mentes eas, quas
tanta felicitatis continuatio abdidit. & occul
tauit. ibi declararēt ſe nõ vi ac virtute ſua,
ſed culpa veſtra fortes & ſtrenuos fuiſſe.
Profecto aut ego ſum militaris rei omni-
no rudis, aut ijs exercitib⁹, quos hoc tēpo-
re Polypragmõ eſſe in armis retulit in Ita-
lia & Germania, ne nunc res præteritas de
plorē, ſed illis ipis, quicqd impio & domi
natu tenet Turcę, poteſt expugnari ac ſub
igi, velint mõ anniti, atq̧ opam nauare, &
maneat bona fide cõcordia. Neq̧ vero ſic
res Turcæ occuparent, vt Chriſtianorũ á
Chriſtianis, inter quos omnia, quæ armis
deuincuntur atq̧ occupant, plena contro-
uerſiæ, magno cũ labore cuſtodiũt. Quic
quid ſemel eſt captum, id ab eo, q amiſit,
& eius hæredibus in æternum repoſcitur.
nullus litigij finis, & certaminũ. Neq̧ ra-
ro id contingit, vt aliena inuadens, amit-
tat ſua. propter ea quod hic ferrum in fer-
rum incidit, & inter pares certamina ſola

morte finiuntur. Cum Turca nō eſt idem iuris neq; periculum par. Illic prælio, qui vincet, bello vicerit. Non eſt Aſia, quæ ſemel amiſſo exercitu alterum reparare va leat. niſi forte inualidam atq; inconditam multitudinem mittat, vt det manus, nō vt conſerat. Ampliſſima atq; ingentia opere preciа videtis. Addite his omnibus præcla rum decus. ſiue prolatis imperij finib9, & extremas nationes arma vr̄a ſentire. maxi mis quoq; rebus gerēdis ingens vobis no men latiſſime facere. quod meo q̄dem tē pore glorioſum inprimis ac prædicandum cenſebāt. ſiue detracto Europę populis me tu ac ſeruitio Turcæ, ampliata etiam pieta te, & propagata in tam multos. Neſcio an idem Chriſto videatur, ſed certe hoc tolera bilius malum, quam furor ille ciuilis diſſi dij. Tir. imo fraterni. quandoquidem om

Chri ſtiani frēs

nes illi fratres vocant, & vnum profiten tur patrem cœleſtem deum, quamuis pie tas ſanctis monitis & exemplo vitæ dilata tur, atq; augetur, non vi aut armis. Non poſſunt humanæ mētes cogi aut trahi, ad duci poſſunt. Mi. iam ingenti multitudine obruimur. dic paucis Tireſia, q̄ſo te, quod tandem exiſtimas poſſe hiſce malis reme dium inueniri? fortaſſis curabimus conſi lium tuum per Mercurium ꝑferendum ad ſuperos. Ti. non puto eſſe conſilij locum

nā

nam omnia ſęuæ atq; atroces amicorum af fectiones occuparunt. nec conſilijs eſt vll⁹ aditus, Sed ſententiam meam aperiam, & paucis, vti rogas. Primum omnium vnica Chr̃ianorum arma, ſolum præſidium, ſed id fortiſſimũ, atq; inexpugnabile, eſt Chriſti ſui tutela. ſi is eos recipiat, inuicti, inuiolabiles cunctis erunt nationibus ac gentib⁹. ſin reijciat, quid aliud fuerint, quam prædaꝰ Sed recipiet, modo velint ipſi. nam ille expoſitus eſt ac obuius ijs, qui ad ipſum redeunt. Recipiãt oculos, intelligant quantũ habeant, quam inuincibilem pręſidem. ad eum reuertantur. illum ſolum intẽtis atq; inconniuentibus oculis aſpiciant. & non cõtenti ſolo Chriſtianorũ nomine, re ipſa atq; operibus tantæ & tam præclaræ ꝓfeſſioni ſatiſfaciant. Pacem & veniam a Chriſto petãt, ac precent̃. Hinc quod vnice illi placet, quodq; eſt caput præceptorum eius, depoſitis bellis, odijs, ſimultatibus, rixis, diſſidijs, bene inter ſe velint ac mutuo ament. Non ſuis fidant virib⁹ aut armis, ſed Chriſto. Et quantum ad humanam quidem diligentiam atq; operam attinet, haud ægre accepta hactenus plaga ſanaretur, ſi iuuenes duo contenti latiſſ. imperijs, quæ poſſident, amice inter ſe & concorditer viuere animum poſſent inducere. aut ſi regnum liberet augere, alieniſſimum potius & pie

Tireſiæ cõſilium & vaticiniũ

tis hoſtem bello impeteret. q̃ vicinum ſan guine & myſteriorũ initiatiõe coniunctũ.
Rex Angliȩ Nam tertiũ illum credo impedimento nõ futurũ, quo min⁹ firma ſit eorum concor dia, q ẽt ſubſidiũ paulo qdẽ ſeri⁹, nẽpe tã ta terrarum & maris intercapedine, ſed optimo ac pio aĩo in Pannoniam vſq; p le gatum miſit, prȩſtitit, quod potuit. Et quũ lõgiſſime a ſenſu horum tumultuũ abſit, ꝑpter inſulam ab orbe ſeiunctã, tñ ſuæ cu ræ id bellum ẽe duxit, in quo in remotiſſ. qdem & diſiunctiſſ. regionib⁹, ſed tamen de Chrĩani Principis ditione aduerſus Ma humeticum ageret. Habent adhuc Chrĩa ni firmiſſimam Europæ ꝑtem Germaniã.
Germania diſcedant ab armis inter ſe, alioq; perierũt. muniãt, firmẽt Germaniã arcib⁹, ꝑſidijs. ſed inprimis cõſenſu gẽtis, futura inexpu gnabili, ſi is adſit. In hoc cõſpirent, ne ille potiatur Germania. aliter nihil reſtat ſpei quo min⁹ cedãt illi poſſeſſione occidẽtis. & in nouum orbẽ magnis claſſib⁹ ꝓfugiant. q nolit ſub illi⁹ domniatu viuere. Neq; il lic eos patieẽ qetos agere, homo cupidita tis atq; ambitionis œſtro ꝑcit⁹. Quid enim reliqui ẽ, quod obſiſtet ei Germania inixo & fulto? nugæ oĩa. piget dicere, q̃ infirma ſint reliqua aduerſus Germaniæ & tot gẽ tiũ ac regnorũ dñm. Fortiſſ. quidẽ eſt oĩm Europa. Sed quid iuuat, ſi ille præſtantiſſ.
Eu

Europæ partẽ poſſideret? Nec ſperẽt ceſ-
ſaturũ Turcã, aut q̃ſitis cõtentũ, defuturũ
ſuæ occaſiõi, quã illi Chrianorũ diſcordiæ
facilẽ prębẽt. Qui ẽt ex Pãnonia diſcedẽs,
reditũ ſuũ in ꝓximũ ver ẽ terris illis ac na
tionibꝰ cõminatꝰ. Ergo coeãt in pacẽ, prĩo
quoq; tpe, & in mediũ de cõi ſalute conſul
tent. ne dũ cõtentiꝰ pgunt certare, victorẽ
feſſum & victũ fractũ abſumat cõis hoſtis
recẽs, integer, validꝰ. Sed nihil tale metuẽ
dum eſt, ſi maneat inter Chrianos firma &
ſolida cõcordia. ſine qua invicti & ſalui eſſe
nõ poſſunt. Hæc quidẽ ſi CHRISTVS
approbet, qui vnus plꝰ poteſt polletq;, quã
reliquꝰ orbis vniuerſus, qui ſuos, vt bonos
tuebitur, ita deſeret malos, hoc eſt alienos.
nihilq; deſertis erit imbecillius. vt nec illis
fortius, quos ipſe in curam & tutelã ſuam
receperit. Mi. putas hæc eos Tireſia factu
ros? & tam bonis auſcultaturos conſiliȷs,
atq; adeo vaticiniȷs? Ti. aut facient, aut nõ
facient. Mi. hic ẽ mos tuꝰ. ſic nunquã men
tiere. Tir. idcirco eo vtor more. Hoc vero
cõfirmo tibi, ſi non fecerint, venturũ aliqñ
tempꝰ, vtinã non breui, quo vellent facta,
vtinam non ſero.

Brugis. 1526. Menſe Octobris.

IOANNES LODOVICVS VIVES THOMAE CARDINALI, ET LEGATO ANGLIAE ILLVSTRI S.

VEtus quæſtio eſt, quæ varie tum multorum ingenia exercuit, tum rerum publicarum ſtatus mutauit atq; adminiſtratiões. Vtrũ præſtet, conſultiuſq; ſit, populum ſuarum rerum eſſe arbitrum ac dñm, an vnius cura & ꝓuidentia teneri regimen ciuitatis. Multa in vtramq; partem dicunt & ingenioſe & vere, quum ab alijs, tum vero ab Iſocrate Athenieñ duab⁹ orõnibus, quarum vna eſt de populari poteſtate, altera eſt de monarchia. Quis meli⁹ aut ſapiẽti⁹ poſſet ſentẽtia ſua certamẽ illud finire, q̃ tu, primũ tali ingenio ac memoria, deinde eruditione, quorũ ego nonnunquã inter colloquendum ac diſſertandum non exiguum aut obſcurũ ſpecimen cepi. Hinc tanto vſu atq; exercitatione gerendæ reip. & regni adminiſtrandi. Nam es Angliæ Cancellarius. quæ functio publica eſt, & tanq̃ popularis magiſtrat⁹. tum regia negocia concredidit. & cõmendauit tibi Princeps optim⁹. Ergo tibi exactiſſimo cenſori harum rerum mitto duas illas orationes

Cancellari⁹

Non.

Non ꝙ iudicium animi tui ignorē ſaluta-
rem eſſe oēm gubernationem, in qua pu-
blica cōmoda priuatis anpōnūt. pniciosā,
quum contra. & ſi adſit prudētia & omne
genus virtutis, reſpectuſq; cōis boni, præ
ſtar imperium atq; adminſtrationē vni⁹,
exemplo mundani regni, in quo vniuerſa
ab vno temperant, ſed eo iuſtiſſimo, ſapiē
tiſſimo, optimo, & qui oīa non ad ſuas vti
litates referat, ſed ad ſalutem eorum, qui-
bus præeſt. Scio hanc eſſe tuam ſententiā.
verū vt olī adiri vacuis manibus nuīa reli-
gio fuit, ſic venire ad te ſine munuſculo
grati animi īdice, nefas exiſtimaui. primū
ꝙ ꝓ numinib⁹ ſunt magni Principes præ-
ſentes ac benefici. deinde ꝙ tu me id docui
ſti, a quo nunquam diſceſſi indonatus, ea
eſt tua in ſtudioſos oēs incredibilis bn̄uolē
tia & benignitas. Acute Publius Syrus bn̄
ficium ſæpe dare, docere eſt reddere. non
potui eodem muneris genere gratiam re-
ferre. nam quantulus ſum ego, qui auro,
vel argento tecum certem? ſed nec erudi-
tione ſum par. animo tamen & voluntate
non vincor. Ergo chartulas iſtas haud ali-
ter interpretabere, q̄ certiſſimum pectoris
mei ſignum tot ac tātorum beneficiorum
nō immemoris. & accipies tanq̄ arrabonē
daturi aliqn̄ iuſtum opus & meum. Nam
hoc tempore diſtricto tot laboribus curiſq;

& potiſſimū publica Oxonię ꝓfeſſiōe, quā
tu mihi impoſuiſti, nec meū aliquid licuit
parere, nec cōcinnare alienū, quod eſſet lō-
gū. Tantū duas haſce Iſocratis orōnes ver
ti. quod opꝰ vt quēadmodū nō poteſt oīo
meū dici, ita nec ſit penitꝰ alienū. Docui enī
latine loqui. & præceptores parentū locum
diſcipulis occupāt. Docui quidem nō qua-
tenus linguæ latinæ facūdia, ſed certe qua
tenus mea infantia attici Rhetoris eloquē
tiā conſequi potuit. etſi non alijs in rebus,
in hoc ſaltē atticiſmum eius ſum æmulatꝰ,
ꝙ non redundanti oratione reddidi, quæ
ille breui atq; aſtricta dixerat, nec aſiane,
quæ ille attice. Tametſi nō numeraui ver-
ba, quod eſt miſeræ atq; ineptæ diligētiæ.
tantum ſententias bona fide lectori reddi-
di. Non eſt opus magnitudine tua indi-
gnum, ſi reliqua oīa ſpectes, præter me, ſi-
ue Iſocratem ipſum, ſiue facundiam, ſiue
argumentum de Athenis, Areopago, &
Iſocrates — Nicocle rege. Fuit Iſocrates Athenienſis
Rhetor temporibꝰ Platonis, ex cuiꝰ ſchola
tanꝗ̃ ex Troiano equo, prodijt numeroſa
illa cohors, eorum qui & dicendo & Rep.
adminiſtranda plurimum in Græcia va-
luerunt. Eloquentiam teſtant̄ diſcipuli. &
monumenta ingenij, in quibꝰ eſt mira ſer
monis dulcedo & aptiſſima conpoſitio nu
meris ad ornatum adſtricta. Cicero fate-

tur

tur ex illius opib⁹ ornatiorem ſe ac locupletiorem fieri. Itaq; maximo precio atq; honore eſt per genteis omneis habitus. nactuſq; eſt ſine foro intra domeſticos parietes eam gloriam, qualem rari ex ĩjs, qui in ſolem certamenq; prodierunt, ſunt conſequuti. conſtat per breues ſæpe orationes ab eo conſcriptas ingenti auri pondere à Principibus viris repenſas eſſe. vt ab Arthemiſia Regina Cariæ, & a Nicocle Rege Salaminæ. Tantus patriæ amator, vt fractis a Philippo Rege Athenienſium rebus ad Cheronæam, vt primum ea de re nũci⁹ eſt Athenas ꝑlatus, mœrore expirauerit, grãdis admodũ natu. Iam populũ Athenieñ nõ ignoras, vt in Græcia, ſic toto terrarum orbe clariſſimum ſapientia & rebus geſtis fuiſſe. tanta nobilitate atq; antiquitate originis, vt genus ſuum ad nullos niſi ad ſeipſos referrent. ideo græco verbo autochthones nominati ſũt. q. aborigenes. cuiuſmodi in Latio fuerunt vetuſtiſſimi. & aliquot fuiſſe in Britannia gentes Cæſar tradit. Ab initio Athenienſes ſub Regibus vixerunt vſq; ad Codrum. Huic a Pelopo neſiacis hoſtibus, ipſo ſe vltro pro patria offerente, ſublato ſucceſſere ex ei⁹ poſteris Archontes, hoc eſt Principes, qui decẽnalem dignitatẽ tenuerũt. manſit genus hoc Principatus annos ducẽtos ac viginti nẽpe

Pop. Atheñ.

Autochthones.

Archõtes

vſq;

vſq; Erixiam. poſt quē vniuerſum ciuitatis ius atq; impium ad populum conceſſit.

Draco Tulerat iam eis lēges Draco ſanguine ſcriptas, vt eſt in ꝓuerbio. Sed tēpore hoc Solon Solon vnus ex ſeptem illis celebratiſſ. Grēciē ſapientib⁹ nouas alias dedit, correctis illis Areopag⁹ Draconis. & Areopagū ſummū cōſilium inſtituit, extructa eo loci curia, quo de Martis capite iudiciū fuerat latum, quū is apud veteres illos eſſet Athenienſes accuſat⁹. ꝙ Alirrhotiō Neptūni filium obtruncaſſet. ideo Areopag⁹ dict⁹ eſt, ceu Martis collis. Eſt enim Athenis cliuus qdam. Erat hic ꝑpetuus Senat⁹, non conſtitut⁹ ad tempus, vt conſilium illud, quod vel quigentorum ſenum dicebāt, vel Theſmothetarū nouē. Cognoſcebāt de cædib⁹, incendījs, veneficījs. eamq; ob cauſſam ſunt, qui Areopagum nominatum eſſe autument. ꝙ cēdib⁹ Mars præeſſe credebāt. Areopagitarū mores quales fuerint exponit oīone hac Iſocrates & declarāt priſca illa verba. Sanctior Prouerbia Areopagita. Grauior Areopagita. Integrior Areopagita. ¡Quin vel ipſum ſolum nomen Areopagita ꝓuerbīj vice vſurpabāt de incorrupto iudice. Nemo enim in conſilium illud cooptat⁹ eſt, cuius mores ſpectatiſſ. non fuerint. & qui non ꝓbitatis ſuæ multa ediderit documenta. Nec vllius ex oī memoria, dictu mirabile, reptus eſt, qui

qui ſi quid ingeniti haberet vicij, nō illud ſimul in Areopagū lectus eſſet, abijceret. tanta aliorū erat virt⁹, vt nemo vſq; adeo viciū aliquod ꝑdite amplecteret̄, qui eum puderet inter tantam puritatem ſolum ap parere maculoſum. Præco apud hos, quo ties orator ad dicendā cauſſam accedebat, vetabat ne affect⁹ moueret. cognoſcebant idcirco noctu & in tenebris, ne aſpect⁹ vel agentis vel rei affectum aliquē excitaret, vnde poſſet illorū aliquis a rectitudine iu ſtitię deflectere. Porro Nicocles Rex fuit Salaminæ inſulæ Græci maris, nobilis pu gna illa, qua Themiſtocles athenieñ opes maritimas cōtudit Xerſis regis Perſarum. Scripſit ad hunc eundem Nicoclem Iſocra tes orōnem alteram de adminiſtrando re gno. Ergo eunt ad te Areopagitam Areo pagiticus ſermo. & Nicocles rex ad regni adminiſtratorem, & ad facundiſſimū Iſo tes. & ad patronum Viues cliens. Faxit Chriſtus vt cogitatus atq; actus tui patriæ tuæ & Chriſtiano orbi ꝓſperi ac ſalutares ſint. Oxoniæ. xv. Decembris. 1523.

Nicocles

ISOCRATIS AREOPAGITICA ORATIO. SIVE DE VETERE ATHENIENSIVM REPVBLICA. VIVE INTERPRETE.

PLeroſq; veſtrũ miraturos credo, quonam conſilio de ſalute publica dicturus in hunc locum venerim, tanquã ciuitate in pͥculum cõiecta, vel rebus ei⁹ in lubrico cõſtitutis. Ceu vero nõ triremes poſſideat ſupra ducẽtas, & q̃ eta domi, maris principatum obtineat. q̃n & ſocios habet ꝑmultos adfuturos nobis ilico, ſi res poſcat. Stipendiarios longe plures, quiq; imperata exequunt̃. qbus nos rebus fretos merito quis bono eſſe aĩo iubeat velut ꝓcul omni poſitos diſcrimine. hoſtibus vero nr̃is timendũ magis cẽſeat, & de ſalute ſua conſultãdum. Quocirca nõ dubito, q̃n iſta cũ animis vr̃is reputantes meũ ad vos acceſſũ ꝑ nihilo ducatis. magnaq; ſpe ſitis totã vos Græciã iſtis opib⁹ occupaturos. Ego vero cõtra de iſtis ipſis reb⁹ vehemẽter metuo. Siquidẽ video ciuitates eas, q̃ ſe feliciſſime putãt agere, peſſime de reb⁹ ſuis ſtatuere. & q̃ maxime fiducia ſui innitunt̃, in grauia pͥcula deuolui. Cui⁹ rei hæc ꝑfecto ẽ cauſ-

ſa,

ſa, ꝙ neq; proſpera vnq̃ neq; aduerſa ſola hoĩbus contingunt, ſemꝑ aliqs affectatur velut comes. Opes ac potẽtiã ſequunt̃ ſtultitia, lux⁹. Indigentiã vero atq; humilitatẽ modeſtia & moderatio, vt decerni vix poſſit, vtrum ſit ſatius filijs relinqui opulentiam ne an inopiam. Quippe videre ẽ ex hac, quæ exiſtimatur peior, meliorẽ vt plurimum vitæ rationem naſci. ex illa autem, q̃ eſt in ſpeciem melior, in peius mores relabi. & horũ eſſe ad manum exẽpla. priuatorũ qdem plurima. videlicet apud quos creberrimæ ſunt eiuſmodi rerum vices. Maius tñ audiẽtibus atq; illuſtrius ex nr̃is & Lacedęmoniorũ euẽtis fuerit. Nos enĩ poſt dirutã á Barbaris hanc vrbẽ exacuẽte metu diligentiam curamq; nr̃am ad principatũ Græciæ toti⁹ ꝑuenim⁹. At vbi inſuꝑabilẽ ẽe nr̃am potẽtiã rati ſum⁹, quãtulum, qn caperemur, abfuit? Lacedęmonij olĩ ex vilibus & puſillis ciuitatib⁹ egredi auſi frugalitate & diſciplina militari Peloponeſum ſibi ſuebgerunt. Poſt hęc vero ſucceſſibus inſolentiores facti terræ mariſq; adepti dominatum, in eadem, q̃ nos, pericula deuenerunt. Quis ergo niſi demens eiuſmodi mutationibus cognitis, & tam repente maximas potentias ſublatas reputans præſenti rerum fortunæ confiderit? Atq & nr̃a Reſp. multo nunc inopior

Inopia

Opulẽtia

eſt

eſt q̃ illis temporibus, partim Græcorum odio aduerſum nos, partim inimicitijs Regis Perſarum nobiſcum renouatis, q̃ olim cauſſæ vrbem hanc afflixerunt. Quocirca neſcire vos quanta ciuitati nr̃æ ꝑcella immineat, equidem ſtatuere neutram in partẽ poſſum, an fiat ꝙ Reſp. curæ vobis non eſt, an ꝙ curæ quidẽ, ſed rerũ ſenſus amiſſus. Non intelligitis vos eos eſſe, qui & vrbes Thraciæ deleuiſtis, quiq; mille amplius talentis fruſtra in exercitum peregrinum conſumpſiſtis, per hæc Græcorum odio & Perſico bello conflato, adhæc Thebanos inimicos coacti eſtis ſeruare, veſtris ipſorũ ſocijs ſublatis, & propter hæc acta, ſi dijs placet, tanq̃ nuncijs de Rep. bñ geſta acceptis, bis iam circum deorum templa ſupplicatum eſt. Quid ꝙ ſegnius ſup illis conſultamus, qui optime de Rep. merent? idcirco hæc omnia merito & facimus & patimur. Nam quid recte geri poteſt ab ijs, qui praue de ſumma rerũ ſtatuerũt? Quippe in partim negociorum, ſi quid erratũ, vel fauore fortunæ vel alicuius hoĩs virtute emendatur, nihilominus tamen in eaſdem rurſum difficultates relabũtur. facile hoc erit vni cuiuis intelligere ex ijs, q̃ nobis acciderunt. Subdita nobis tum poſt naualem Cononis pugnam, tum poſt bellũ ab Timotheo geſtum vniuerſa Grecia, ne

mo

momento quidem temporis partam felicitatem conſeruare potuimus, quomin⁹ ſtatim nobis imprudentib⁹ elaberetur ac diſſolueretur. quidni cum rationem adminiſtrandæ ciuitatis, qua vti rebus, ſicut oportet, poſſimus, nec habeamus, nec vt habeamus, curę ſit. Ecquis omnium ignorat felicitatem neq; magnificis murorum ſtructuris, neq; ciuium numeroſa multitudie vel quæri vel contineri, ſed ſapientibus ac moderatis Reip. gubernatoribus. Eſt eni ani ma ciuitatis nihil aliud, q̄ adminiſtratio illius, quæ non minores in eo habet vires, q̄ in corpore prudentia. Videlicet hæc eſt, q̄ de omnibus cōſulit. ſimul conſeruans pro futura, ſimul nocitura deuitās. Huic oportet & leges & oratores, & priuatos hoies, eſſe ſimiles. & ſic vnumquēq; agere prout illam ſit nactus. hac deprauata nos nihil habemus penſi, nec ſolliciti ſumus, quemadmodum redintegretur. Accuſam⁹ quidē iudices, & nunquā ſub populari regimine graui⁹ vexatam eſſe Remp. cōquerimur. in negocijs vero & ſuis quiſq; cogitationibus prudentiam noſtrā prudentiæ noſtrorum maiorum anteponim⁹, de qua quidē dicturus huc prodij. Equidem ita compertum habeo auerti poſſe pericula impēdentia, & mala pręſentia depelli, ſi reuocare ſit aius popularem illam ciuitatis conſtitutionē

Aia ciuitatis

nē a Solone hoīe oīm maxime populari tra
ditam, a Cliſthene vero, qui tyrānos exe-
git, ac populum reduxit reſtitutam. qua
nullam excogitarit quis vnq̄ vel popularē
magis, vel huic vtiliorem ciuitati. Sit hoc
vnum vel maximum argumentum, ꝙ q̄
in ea vixerunt pulcherrima ediderunt faci
nora, magnaq; per genteis omneis gloria
fuerunt, ad illoſq; vltro vniuerſæ Græciæ
cōſenſu delatū impium ē. At qb⁹ præſens
rerū ſtatus cordi ē, inuiſi oībus, & frequē-
ter grauia ꝑpeſſi, quātulū abfuit, q̄n ad vl
timā neceſſitatē detruſi ſint. Iá q̄s eam ad-
miniſtrādi rationē vel laudarit, vel amaue
rit, q̄ & antehac tot nobis mala peperit, &
nūc annis ſingulis in peius fert̄? An nō me
tuendum eſt ne res eo ꝓgrediat̄, vbi inter
aſpera aliqua & difficilia oppreſſi negocia
Rep. penitus ac ciuitate ſpoliemur. Sed vt
non vniuerſe tantum, verum particulatim
quoq; ſingula audientes, cēſere atq; elige-
re ſi quid vtile vobis videatur, poſſitis, ve-
ſtrum munus erit voſipſos præbere ĳs, q̄
dicam attentos. meum vero, vti breuitate
quanta maxime potero. Qui olim Remp.
noſtrā tenuere, conſtituerunt genus quod
dam adminiſtrationis non ſolo verbo com
mune & mitiſſimum, re autem vera lōge
aliud illis viſum, qui in eo verſabāt̄. Neq;
ad hunc modum ciues ſuos formabant, vt

in

intemperantiam crederent eſſe popularitatē. non obtēperare legib⁹ libertatē. procacitatem linguæ effrenē æqualitatem legū. & horum omnium flagitiorum impunitam licētiam, felicitatem eſſe arbitrarent. Verū modus & ordinatio Reip. ita rē tēperabat, vt eiuſmōi delicta pœnis coerceret, ꝑſequeret odio, ciueſq; ſuos bonos ac moderatos facile redderet. Inter cætera maximum illis aderat ad optime regendam ciuitatem adiumentum, ꝙ quum duæ ſint æqualitatum ſpecies, altera, quæ oēs in ciuitate diſcrimine oī ſublato exæquat. altera q̄ ſingulorū dignitatē expēdit. Illi haud ignari hāc vtiliorem eſſe, illā velut iniquā repudiarūt, quæ ꝓbos iuxta & improbos eiſdē rebus dignos cēſet. retinuerūt eam, in qua merita tum pręmijs æſtimant, tum pœnis. hancq; in vrbem ſuam inuexerunt, vt magiſtratibus non paſſim quoſlibet admouerent citra delectum, ſed ſingulis publicorum munerū optimos & inprimis idoneos præficerent. Quippe non dubitabant ciues omnes tales futuros, cuiuſmodi forent rectores ipſi. deinde in eligendis Magiſtratibus cum primis e Republica duxerunt eſſe, non hoc ſorti committere. Nam ſæpenumero ita fert caſus, vt ijs adminiſtratio ciuitatis obueniat, qui rerum nouarum ſtudioſi ſunt.

opeſq; populi tranſlatas ad paucorum do- minatum cupiant. quocirca in deligendis moderatiſſimis æquum eſt ſummam poteſtatem eſſe penes populum, vt eos ſibi pręficiat. quibus exploratum habeat & pcognitum cōmunē potentiam charā eſſe. Cauſſa vero cur magn⁹ erat in ciuitate conſenſus, nec de honoribus certabāt, hęc eſt, ꝙ vnuſquiſq; operi ac parſimoniæ intent⁹ ageret. nec vllus ſuis neglectis, inſidiabatur alie- nis. neue ex publicis fortunis aliquid in priuatas vtilitates deriuabant. contra potius ex ſuis quiſq; Remp. adiuuabat, quū poſcebat vſus. nec accuratius norat quis quantū ſibi rediturum eſſet ex publica functio- ne, q̄ quid ex priuatis poſſeſſionib⁹. Atq; adeo a publica pecunia manus continebāt, vt difficili⁹ illa ætate fuerit reperire, q Magiſtratus cuperent, q̄ hac, qui non rogent. Nimirum non apud ſeipſos ſtatuerant, quæſtuariā negociationem eſſe publicum munus gerere, ſed miniſterium. Neq; ſtatim ab inito Magiſtratu olfactabant, ſi qua eſſet ab anteceſſoribus relicta quæſt⁹ occa- ſio, ſed ſi quid negligenti⁹ curatum a feſtinantibus deponere dignitatē. Deniq; ſumma vt dicam, illud erat aīs oīm perſuaſiſſi- mum, debere Populum pręeſſe tanq̄ dn̄m ipſis Magiſtratibus. & delinquentes puni re, & de controuerſijs diſceptare ac ſtatue-

re.

re, Eos vero ciues, quibus ocium ex abundantia diuitiarum ſuppeteret, publicis non ſecus q̄ domeſticis intentos agere. qui iuſte egiſſent, eos laudibus honeſtari & huic p̄cio acquieſcere. Illis qui praue Remp. geſſiſſent nullam tāti criminis grām fieri, ſed mulctis damniſq; affici. Quid hac poſſet Rep. ſtabili⁹ aut æquius inueniri? quæ potentiſſ. gubernādos cōmendabat ciues, ſed dominū illis populum imponebat. Et cōſtitutio quidem ciuitatis hæc illis erat, ex qua intelligi promptum eſt, quotidianam vitā recte & legitime eſſe ab eis traductā. Quippe neceſſe eſt, vt quib⁹ ſic erat rerum ſumma fundata & compoſita ad eundem modum vti partes conſentirent. Principio quidem quæ ad deos immortales ſpectabant, hinc enī exordiri fas eſt, non incerto, neq; inordinate, neu per furorem aut temeritatem, nec ſiqñ collibuiſſet, tercētum boues in vnum ſacrificium mactabāt, nec a traditis antiquitus ſacrificijs vnq̄ diſcedebant, nec feſta, in quibus epulandū eſſet, nimio concelebrabant apparatu. Sed in ſanctiſſimis tēplis de collecta inter ſocios pecunia ſacrificabāt. Illud ſedulo cuſtodientes, ne quid vel ex patrijs ritib⁹ diſſoluerent, vel adderent ad morem maiorum. Neq; enī in magnis ſumptibus ſitam eſſe ducebant pietatem, ſed ſi nihil ex illis demutarent,

quæ a maioribus velut tradita per manus accepiſſent. Ita quæ ad religionē feriaſq; pertinebant, nec temere illis, nec ꝑturbate in aliena tempora incidebant, ſed commodiſſima oportunitate, tū ad regionis quæſtum, tum ad fruges condēdas. Similia dictis ſunt quomodo ipſi inter ſe æuū agitabant. Non enim circa publica modo erat hæc conſenſio, ſed in priuata quoq; vita tātum alij erga alios oſtendebant prudētiæ, quantum par eſt, tum recte ſentiētes, tum patriam habentes communem. Tantūq; aberat, vt locupletibus tenuiores inuiderēt, vt his non ſecus magnę dom⁹ curę eſſent, ac ſuæ ipſorū, rati felicitatem illarum bono ſibi eſſe. Opulenti non deſpiciebant pauperes, ſed reputātes pudendā ſibi eſſe ciuium ſuorum indigentiam, neceſſitatib⁹ illorum ſubueniebant, quum his quidem agros exigua mercede colēdos traderēt, alios ad negocia ꝓcuratores dimitterēt, alijs alias occaſiones præberēt lucri. Neq; vero metuebant, ne ī alterā duarū incōmoditatū inciderent, aut oībus, aut certe parte aliqua fortunarum exui. imo vero non confidebant minus, ijs quæ erant elargiti, q̄ quæ domi aſſeruarant. Nouerant iudicijs præfectos non æquo ac bono ſolere abuti, ſed legib⁹ parere. nec ex alienis certaminib⁹ facultatē ſibi quærere iniuriæ faciundæ, ma

gis

ris in contrariū ſucceſſere conſueſſe ijs, q̄ p quas fecerāt iniurias, bona amiſiſſet. haud ignari cōtractus malę fidei plus ſolitos pauperibus nocere q̄ diuitibus. Hi enim ſi ceſſent acqrere, damnū erit paucorum puentuum. at illos ſi in difficultates victus adducant, ad ſummam inopiam redigi neceſſe eſt. Hæc quum eſſet cōis vniuerſorum opinio ac ſententia, nemo inueniebat, qui opes occultaret. nemo, q recuſaret mutuare. Siqdem nō triſtior erat illis creditoris aſpect⁹, q̄ debitoris. Ita quæ duo cordatiſſ. qſqꝫ expetit, ea illi aſſequebātur, vt ſimul prodeſſent ciuibus, ſimul firmas conſtitutaſqꝫ haberent fortunas. Deniqꝫ ciues inter ſe cōmodiſſime verſarent. Nam poſſeſſiones tutæ erant, quibuſcunqꝫ iure contigiſſent. & hæ cōes paratęqꝫ indigentib⁹. Reprehenderit fortaſſis orōnem hanc meam aliqs, qꝫ acta illorum temporum laudib⁹ in cœlum tollo. cauſſas vero non ſubijciā, cur tā pbe tum inter ſeſe agebant, tū ſuam Remp. gubernabant. Ego vero tale qddā ēe a me dictū exiſtimo. ſed conabor copioſius atqꝫ aptius explicare. Maiores nr̄i non multos puerilių ſuarū educationū habebāt magiſtros. & poſtquā inter viros numerari cœperāt, licebat, quod vellēt, facere. ſed in adoleſcentia maiorib⁹ curis tenebantur, q̄ pueri. Sic enim aui noſtri moderationis

Areo pag⁹ ſtudioſi erant, vt conſilium Areopagi curā agere decori modeſtiꝗ; iuſſerint. in quod conſilium legi nemo poterat, niſi qui inge- nue nat⁹ magna virtutis ac modeſtiæ ſuæ documenta præbuiſſet. qua de cauſſa reli- quis Græciæ conſilijs hoc noſtrū ſine cōtro uerſia añfertur. Indicijs poterit quiuis vti, & de ſuperioribus & de nr̄is temporibus, qñ quidem in ea adhuc laude atq; inſtituto vitæ perſiſtitur. Videas quoſdā cætera in- tolerandos, ſimul in Areopagum cooptati ſunt, veluti obliti naturæ ſuæ, legibus po- tius loci illi⁹ morem gerere, quā morib⁹ cō ſuetudine confirmatis. tantū vel metū ma lis incuſſerunt, vel monumentum relique- rūt modeſtiæ ſuæ. hunc ergo vt dicebam ordinem velut proprium ſtatuerunt mori bus formandis.. At vero quiſqs exiſtimat idcirco hic optimos viros fieri, ꝙ leges de virtute accuratiſſime latę ſunt, lōge is mea

Leges an bo- nos fa ciant. ſententia fallitur. Nam ita ſi eſſet, quid ꝓ hiberet, quominus ſimiles continuò Græci omneis exiſterent. ꝓpterea quod nihil faci li⁹, quā tabulas legum inter ipſos commu- nicari. Sed non ꝓtinus cū hoc munere mit- teretur vna virtus. quippe quæ ex quotti- dianis exercitamētis naſcitur. Ita neceſſe ē, vt ij demum ſint inter ſe moribus conſimi les, qui eādem educationē aſſuefactionēq; vitæ habuerūt. Quid ꝙ in qua ciuitate ma

gna

gna eſt legum copia & accurata diligentia ſancita, argumentum ſumitur prauo ciues eſſe ingenio, praua educatiõe. videlicet coguntur Magiſtratus alias ſup alias accumulare leges, dũ vicijs multifariam erumpentibus leges quaſi obices opponunt. Oportet recte ꝓſpicientes Reip. non porticus legum tabulis replere, ſed in hominum mentibus æqtatem defigere. quippe non decretis, ſed bonis morib9 ciuitas optime gubernatur. male enĩ educatis atq; edoctis nulla eſt legũ quãlibet exacte pſcriptarum reuerentia. cõtra vero ꝓbe inſtitutis recepta bonis morib9 ſufficiunt. Hæc illis intelligentibus non ea fuit curarũ prima, quibus pœnis male viuentes afficerent, ſed poti9 quibus tandem aſſequi rebus poſſent, ne quid ciues pœna dignum vellent patrare. Id demum cenſebant eſſe mun9 ſuũ, maximeq; moderatores ciuitatũ decens. Nam de pœnis cogitare, hoc eſt hoſtẽ agere, nõ ciuẽ. Ergo illis ciues oẽs erãt curæ, ſed inprimis iuuenes, in quibus videbant plurimũ dominari affectuũ tempeſtates, multiſq; cupiditatibus eorum aĩos deuinciri. proinde maxime eſſe op9 illis recta inſtitutione, vt oĩa ſua oblectamẽta in honeſtis pulchriſq; expetendis laborib9 ſita eſſe putent. Hæc ſunt ſtudia ſequentis ætatis illorũ, qui ingenue educati appetere res altas decoraſq;

conſueuerunt. Sed ad eaſdem exercitatio-nes oēs deduci nō poſſunt, quū ſit tanta in ijs, quæ ad vitā ptinent, differentia. quocirca ex facultatib⁹ cuiuſq; diffinierunt vni-cuiq; viuēdi rationem ac modū. tenuiores ad agriculturā, mercaturāq; relegarunt, nō ignari ex ſegnicie oriri indigentiam. ex indigentia complura vicia. Sublato igitur viciorūcapite, ea ētvicia tolli intelligebāt, q̄ illinc proficiſcerentur. Ii vero, quibus facultates ſupererāt equeſtrem diſciplinam, certamina, venationem, Philoſophiam cogebantur exercere. edocti eni experimentis erant hiſce occupationibus alios præſtātes viros euadere, alios a vicijs q̄ plurimis diuerti. Atq; hæc quidē non ita gerebant, vt paulopoſt q̄ leges de his tulerant, negligerent. Sed ciuitate in tribus diuiſa, agro vero in populos, vniuſcuiuſq; vitam facile erat eis pſpicere. turpiter degentes ad cōſilium publicum arceſſebant. quod conſilium alios meliorum admonebat, alijs minabatur, alios afficiebat pœnis, vt videbat opus eſſe. Nec præteribat eos duas eſſe rationes, quibus vel incitamur ad flagicia, vel ab eis deterremur. Nam apud quos nec obſeruatio delictorum eſt, nec pœna, nec iudicia ſeuere exercentur, in his ingenia etiam ſua ſponte proba, vti deprauentur, neceſſe eſt. At vbi nec facile eſt delin-

Segnicies

quentibus fallere nec manifeſtis ſpes vlla ẽ veniæ; ibi praui mores haud ſæpe inualeſcunt, quod illi reputantes duabus reb⁹ hinc & inde ciues ſuos cohibebát, diligẽtia ſua, & pœna propoſita. Tantum ſiquidẽ aberat, vt eos fugeret, ſi quis mali quid perpetraſſet, vt vel eos quoq; præſentiſcerent, qui de peccando cogitaſſent. Ergo non in foro aleatorio iuuẽtus deſidebat, nõ apud tibicinas, non in eiuſmodi conuenticulis, in quibus nunc dies traducunt. Sed in præſcriptis exercitationibus, admirantes verſanteſq; cum ijs, qui in eo genere diſciplinæ eſſent ſpectatiſſimi. Forũ vero ſic vitabant, vt ſi quando neceſſe eſſet illos eo venire, rubore perfunderentur. magnamq; ibi modeſtiam præ ſe oſtenderent, contradicere vero, aut conuicium ſeniori facere, grauius tunc habebatur, quam nunc parentes lædere. Porro in cauponã ingredi, vel potare ne ſeruus quidẽ paulo frugalior auſus fuiſſet, ad grauitatem ſe oẽs, ad decus, ad moderationẽ componebant. nemo dignabatur ſcurrari. Facetos & dicaces, quos hac tempeſtate ingenioſos nuncupamus, illi miſeros vileſq; nominabant. Neq; vero credat me quiſquã de hominibus ſeculi huius penitus male ſentire. non enim eos eſſe cauſſam eorum, quæ fiunt, cẽſeo Cõplures noui, qui dolent tãtam, ẽt ſibijpſis,

Iuuentutis exercitamẽta

per

per publicos ciuitatis mores conceſſam eſſe luxuriæ licentiam, quis ſanus iſtos reprehendat? illi, illi arguẽdi ſunt, q̃ paulum añ noſtram memoriam ciuitatẽ rexerunt. Hi præbuere initium negligentiæ veterũ morum, hi potentiam publici conſilij labefactarunt, quo vigẽte nec ſuppliciorum, nec criminũ, nec tributorum, nec inopiæ, neq; bellorum tanta erat in ciuitate vis. ſed domi inter ſe quiete verſabantur. foris vero vndiq; erat feſta pax. vt qui prę ſtabant ſe ipſos Græcis amabiles, Barbaris formidãdos. illos nãq; cõſeruarant, ab his pœnas tã tas ſumpſerãt, vt redire cum illis in gr̃am facile poſſent, modo nihil eſſẽt aliud incõmodi accepturi. Iſtis de cauſſis tam viuebant tuti, vt rura cum ſuo inſtrumẽto elegãtiora atq; elaboratiora eſſent, q̃ ædes vrbanæ. Multiq; ciuium ne feſtis quidem in vrbem commearent, pręferentes in priuatis ſe poſſeſſionibus continere, q̃ cõib⁹ bonis in vrbe frui. At q̃ ad ludos ſpectarent, quorum cauſſa nonnulli veniebant, non p̱ laſciuiam, aut inſolentiam, ſed compoſite & ſapienter tranſigebant. nec in pompis aut contentione chori ductandi aut inanib⁹ huiuſmodi oſtentationib⁹ poſitam eſſe felicitatem arbitrabant, ſed in ratione vitę p̱ba & moderata. neue quem vtilitatibus ſuis defraudarent. Ex quibus oportet colli

re illos tum vere ac germane vixiſſe bñ, tũ placide Remp. adminiſtraſſe. Hoc autẽ tempore, quis cordatus non indoleat, ſi vi derit nonnullos ciuium ſiue neceſſaria vi ctui habeant, ſiue non, admiſcentes ſe ſor tionibus iudiciorum, poſtulantes, vt liceat ſibi Gręcarum nauium nautas ac ſocios na uales alere. per æſtatem choræas ducẽtes, idq; in aureis pallijs. hybernãtes vero, vbi pudet ac piget dicere. & alia hunc in modũ abſurde pugnantia in hac Repu. vſu ve nire, quæ vehementer pudenda ciuitati ſunt. quorum nihil fiebat ſub veteri Areo pago. quippe q arcebat & á pauperib9 ino piam per varios quęſtus commodaq;, quę a locupletibus ꝑueniebant. & a iuuenib9 luxum, per exercitationes ſuamq; ipſorũ de illis curam. & a moderantibus. Remp. auaritiam, per pœnas. & a prauis vicia, ꝑ id q latere ſe poſſe non ſperabant. & a ſe nioribus torporem, ꝑ publicas functiones curamq; iuniorũ. Quænã inueniri poſſet Reſp. excellẽtior hac, q̃ ſic vndiq; negocia oĩa tanta cum prudentia diſpoſuerat? Et priſcam quidẽ illam Remp. reor eſſe a no bis maxima ex parte declaratam. quæ ve ro omiſimus, ea facile eſt intelligere ijs, q̃ dicta ſunt ſimilia fuiſſe. Sed hactenus aliq auditis, quæ expoſui, non dubito, quin & me laudent magnopere, & maiores nr̃os

felicisſimos fuiſſe cenſeant, q in tali ciuitate vitã traduxerint. tametſi non autument eiſdẽ vobis quoq; vtẽdum morib9, conſultiuſq; eſſe vos inconſtitutis iam rebus vel cũ incõmodo viuere, q̃ exactiorẽ Remp. deſyderare, in qua meli9 ſitis acturi. qn & ſunt q confirmarint mihi, eſſe periculum, ne dũ optima ſuadeo, odiſſe populum credar, & quærere, quemadmodum ciuitatem ad paucorum opes redigã. Ego vero ſi de incognitis rebus aut nouis diſſererẽ, & ſecundũ eas iuſſiſſem vos vel ſenatũ legere, vel eos quos ſoletis cũ ſumma dignitate ſententijs de rebus dicendis creare, p quos potentia populi diſſolueretur, merito eſſem criminis huius ſuſpectus. Porro hucuſq; nihil dixi tale. tantum de rebus loquutus ſum nulli veſtrum occultis, quaſq; omnes iampridem percognitas habetis, nẽpe antiquas & patrias. quæ ciuitati noſtræ & cunctæ Græciæ opem ac ſalutem ſæpi9 attulerunt. Adde his a talibus viris excogitatas & conſtabilitas, quos vniuerſorum conſenſus facile profitebitur omnium qui vnquam extiterunt, maxime fuiſſe populares. Quocirca vni mihi poſt natos homines res indigniſſima accideret, ſi adminiſtrationis illius explicatione cupidus eſſe exiſtimarer rerũ nouarum. Quid quod vel ex eo ſenſu animi mei perſpici poteſt, φ in

in ĳs omnibus, quæ hactenus dixi, aperte paucorum potentiam & cupiditatem inſectatus ſum. nec quaſlibet tamen æqualitates aut populi imperia comprobaui, ſed recte conſtituta, nec temere & ſine delectu, verum prudenter & caute. Meminerã maiores noſtros eiuſmodi rerum ſtatui plurimum inter ſtat⁹ omnes tribuiſſe, & hac de cauſſa Lacedæmonios optime in ciuitate ſua geſſiſſe ſe, ꝙ impenſe populares fuerint. Nam & in eligendis magiſtratibus & in quottidianis actibus deniq; in omni eorũ vita æqualitates paritateſq; pl⁹ apud eos, q̃ alios vllos mortales valuerũt. quas res vt paucorum imperium repellit, ſic germane populares arctiſſime complectunt. Aliarum vero ciuitatum clariſſ. & potentiſſimis quibuſq;, ſi qs grauiter expenderit, cõperiet populare potius, quã paucorũ potentiam ẽe vtilem. Et in nr̃a ciuitate administrationem hanc, quã oẽs rep̃hendũt, ſiquis non dico illi quã expoſitã a me videtis, ſed ei quæ ſub triginta fuit conferat, ꝑfecto cœlitus exiſtimabit eſſe demiſſam. Et quanquam prẹter inſtitutum hoc ẽe nõnulli dixerint, tamen facere non poſſum, quin apiam quantũ inter ſe vtræq; diſtẽt. Ne quis arbitretur me populi delicta exacte nimis inquirere, ſi quid vero prudenter ſit atq; honeſte actum, id præterire.

Erit

Erit certe hac de re ſermo, vt nõ longus, ſic ĳs, q audiũt, nequaꝗ inutilis. Poſteaꝗ naues in Helleſponto perdidimus, & caſibus illis ciuitas perculſa eſt, quis nõ vidit ex ſenib⁹, vt quiſq; erat popularis potentię ſtudioſſ., ita promptiſſimum ad qualemcũq; fortunam perferendam, antequã pacis cõditiones, quas Lacedæmonĳ ferebant, acciperent. indigniſſimumq; ducebat eſſe, ſi quis ciuitatem pauloantea Græciæ Principem ſeruientem aſpiceret, & hos quidem a ſocietate fœderum excluſos vidimus. q vero dominatui paucorum fauebant, alacriter tum diruentes muros, tum perferentes ſeruitutem. At quum populus erat rerum dñs, etiam alienas arces tutabamur. Sed vbi regimen triginta acceperunt, continuo noſtra oĩa in poteſtatem hoſtiũ venere. nobiſq; Lacedæmonĳ dominati ſũt. Cæterum vbi reuerſi exules arma ꝑ libertate induere ſunt auſi, vicitq; bello nauali Conon, miſſi ſunt ad illum legati, qui ciuitati noſtræ maris imperium deferrent. qs hæc non æqualium noſtrorum meminit? Ergo potentia populi ciuitatem hanc ſacris & ceremonĳs ornauit. vt ẽt nunc peregrini dignam illam cenſeant non Græciæ tantum, ſed gentium oĩm principatu. At triginta his oĩb⁹ pro nihilo habitis, plurimos ſpoliarunt, maritimi exercit⁹ ſtationes tri

bus

bus talentis abiecerunt, quibus extruendis non minus q̄ mille talenta ciuitas impenderat. quid ergo laudabunt illi de manſuetudine? q̄d conuenit minus. laudabit populus quum imparet. Illi eni publico decreto accepta ciuitatis cura mille & quingētos ciues indicta cauſſa contrucidauerunt. in Piręeū cōfugere plures quinq; millibus cōpulerunt. populares vero reuerſi ac patria p arma recupata, ipſa q̄dem pręcipua mali capita ſuſtulere, reliquos vero ad eū modū accepere adeo manſuete ac ciuiliter, vt non peiore eſſent cōditione, qui eiecerāt, q̄ eiecti. Illud quoq; vel maximū ſignū ęqui ac moderati popularis imp̄ij. Quuū ij, qui in vrbe reſtiterant, centū a Lacedęmonijs talenta in obſidionē eorum, q̄ Piręeū occuparant eſſent mutuati, conſilio p̄ cōcione populi de ſolutione captato, cenſentib⁹ nō nullis ęquum eſſe, vt ij mutuū Lacedęmonijs diſſoluerēt, q̄ poſtulauerant, nō obſeſſi. popul⁹ tamē iuſſit, vt in cōe ab oībus cōtribueret, quod populi ſcitū vſq; adeo mutuam ciuium concordiam cōglutinauit auxitq; publicas vires, vt Lacedęmonij, qui ſingulis p̄pe dieb⁹ fautores potentię paucorum nobis pręficiebāt, huc á populo noſtro imploratū opē venerint, ſupplicantes ne ſe aſpnaremur euerſos á Thebanis. Sūma comparationis hęc ē. Triginta viri &

alĳ ꝑ id tempus potentes ea erant mente, vt vellēt ciuib⁹ impare, parere hoſtib⁹. alĳ populares reliqs dn̄ari qdē, cū ciuib⁹ ęquo iure viuere. quæ duabus de cauſſis recēſui, vna vt me oſtenderē, non imperĳ pauco- rū aut auariciæ ſtudioſum eſſe, ſed Reip. honeſtæ ac æquæ. altera vt docerem popu lare regimē ēt ſi imprudēter praueq̃ cōſti tutū haud nimis tn̄ magnas calamitates im portare, & quod recte adminiſtratur prę ſ tare cæteris ciuitatibus tum iuſtitia, tū iucū da ciuium vita. Mirabi t fortaſſe quis, quid mihi velim, qui ꝓ hoc ciuitatis ſtatu ex quo tanta & tā multa extiterint p̄clare facta, al terū vos adhorter ſuſcipe, quaue nunc ra- tiōe tā magnifice popularitatē extollam, alias quū in mentē venit tota ſubito ſenten tia mutata accuſem reprehendāq̃ eius au- thores. Ego vero priuatos hoīes quorum malefacta plurima exiſtūt, bn̄ facta vero pauca vehementer obiurgo. putoq̃ eſſe multo peiores, q̄ ciuilitas patiat. ꝓxime his illos caſtigo, qui magnis atq̃ egregĳs ma- iorum geſtis a parentib⁹ ſuis tanto virtu- tū interuallo antecedūt. Nec multū ab ĳs abſunt, quibus ad perditiſſ. & improbiſſi- mā vitam nihil factum eſt reliq. His ego ſuadere, ac conſulere, decreui, vt ſui diſ- ſimiles eſſe velint. Hęc eſt animi mei ſentē tia, hęc mens non debere nos ſpiritus tolle

re,

re, neue id nobis ſufficere, ſi miſeris aut iſa nis hoĩb⁹ potiores ſimus, imo ſuccenſere, ac ferre grauiter, ſi a maiorib⁹ nr̃is laude ac decore tãtope vincamur. Et enĩ illorũ diſci plia & mores, nõ trigĩta virorũ ſcelera ppo ſita nobis ad imitatiõnẽ eſſe decet. Pręſertĩ quũ optimos eſſe nos mortaliũ oĩum opor teat. (quod ego nõ hoc primũ dixi loco, ſed ſæpe iam, & apud multos. Nempe recogi to naturã rerũ ita ſanxiſſe, vt alij locis alijs rebus præſtantiſſ. ſint. ſunt qui frugibus, ſunt qui arboribus, ſunt qui pecore. Noſ trã vero regionem viros pferre atq; alere, non ſolum ad artes & negocia induſtrios ac nauos, ſed fortitudĩe, & reliqs virtutib⁹ pariter ac ſũme egregios. documento ſunt vetera cũ Amazonib⁹, cũ Thracib⁹, cũ vni uerſis Pelopõnenſibus certamina. tum diſ crimina Perſicarum tempeſtatum. In qui bus partim ſoli, partim cum Pelopõnenſi bus terra mariq; deuictis Barbaris vberem fortitudinis laudem tulerunt. vtiq; nihil effecturi, niſi naturam nacti præcæteris excellentem. Nec vero putarit quis decus hoc ad eos quoque pertinere, quorũ in ma nib⁹ nunc eſt Reſpublica. multo ſe res ha bent ſecus. Spectat enim oratio hæc ad cõ mendationem quidem illorum, qui glo riæ progenitorũ non deſunt, ad obiurga tionẽ vero illorũ, qui ignauia & vicijs ſuis

Locorũ natura.

dedecus nobilitati ſuę adferunt in qua nos ipſi culpa ſumus. ſi verum ingenue fateri volumus. qppe quum talē loci huius genium habeam⁹, non tamen eo vtimur. ſed inuoluim⁹ nos recti ignorantia, pturbatione, prauis cupiditatib⁹. Q; ſi congruenter ad noſtrorum maiorū laudes ſeculi hui⁹ vicia inſectari aggrediar, vehemēter timeo, ne lōge mihi ab inſtituto argumēto excurrēdum ſit. Cæterum hiſce de reb⁹ & ē a nobis dictū alias, & dicet poſthac, niſi forte, vt meliores aliqñ mores ſumatis, i aīm vobis induxerimus. Cæterum ſi paucula quędam ĥs, quæ initio dicere ſtatueram, adiecero, finem dicendi faciam, cedamq; volētibus ſup eiſdem rebus ſententiam dicere. Nos quidē, ſi ſic pgamus ciuitatē, vt cœpim⁹, regere, non video quorſum ptineat conſultare. bellum geremus, & ſuperabimur. & ferme oīa patiemur agemuſq;, q̃cunq; & iam accidunt, & ſupioribus annis accidere. Sin vero commutauerim⁹ Rēp. nempe ſecundum eandē rationē quę apud maiores noſtros fuit, ad eūdem nobis modum res pueniēt, quo & illis, nimirum ex eadē adminiſtrandi rōe fieri aliter nequit, quin negocia ſimilia multoq; proxima procedāt. Operæprecium fuerit maxima illorum & præclara facinora cum noſtris conferentes deliberare, vtra nos optare præſti

terit. Facite, recordemini primum vt Græci, hinc vt Barbari erga ciuitatem illam priſcam affecti fuerint. vt in noſtrā hanc afficiantur. Græci oēs talē de illis noſtris antiquis opinionē animis induerant, vt eorum plurimi vltro ſeſe in eorū fidē tradiderint. Barbari vero adeo non interponebant ſe in Græciæ negocia, vt neq; magnis nauibus Phaſelidē Pamphyliæ adnauigarēt, nec pedeſtri exercitu Alym amnem tranſirent. Ita quieti erga noſtra agitabant. Nunc vero in eo ſunt nobis ſtatu res poſitę, vt Græci nos oderint, Barbari contēnant. de Græcorum odio duces ipſos audiuiſtis. quo vero ſit in nos animo Rex Perſarum. epiſtolis, quas ad nos miſit, abunde declarauit. His omnibus accedit, q̄ olim recta inſtitutione ſic ad virtutem ciues conformabant, vt inter ſe mutuo quieti, ſi qui regionē hoſtes inuaſerant, facile congreſſi ſuparent. Quāto nos contra, nulla illuceſſit dies, qui inter nos alij alijs iniuriam damnumq; afferam⁹, Rem autem militarem ſic deſeruimus, vt ne ad explorandum quidem egredi animus ſuperet, niſi mercede cōductis. Et quod potiſſimum omnium eſt, illis tēporibus null⁹ erat ciuiū cui neceſſaria deeſſent. nec ab obuijs q̄buſq; mēdicās dedecori ciuib⁹ erat. Nūc vero iopes plures ſunt, q̄ habentes rē, q̄bus æquiſſimū ē ignoſci.

ſi Rempublicam alienam eſſe rati, & nihil ad ſe pertinentem, in id ſolum incumbũt, quomodo miſeram animam in diem ſuſtẽtentent. Hæc ergo cauſſa eſt, quamobrem orationem hanc apud vos habui, ꝙ exiſtimo futuros vos haud ſolum huic ciuitati verum & toti Grȩciȩ ſaluti, ſi noſtrorũ maiorũ facta fuerimꝰ ȩmulati. Vos vero hiſce oĩbus ſedulo expenſis, ſtatuite quod ciuitati vtiliſſimum fore exiſtimetis.

ISOCRATIS NICOCLES SIVE AVXILIARIS. IOANNE LODOVICO VIVE INTERPRETE.

Rex Nicocles loquitur

DIcendi artem qui improbent, & ſapiẽtiæ affectatores ꝓbris inſectent, nõ deſunt, prætexentes illos haud eiuſmodi deditos eſſe ſtudijs virtutis cauſſa, ſed quęſtus. Equidem eos, qui ſic ſentiunt perlibens interrogarim, quamobrem illis maledicant, qui ſtudent bene dicere, quum adeo commendent eos, qui conantur recte agere. Nam ſi quæſtu pecuniæ offenduntur, maiores certe quæſtus ex actionibus factos, q̃ ex dictionibus litteriſq; comperimus. Tum & illud abſurdum eſt, ſi ignorant, nos neq; in hunc finem vel deos colere, vel iuſtitiam exercere, vel aliarum ſtudijs virtutum occupari, vt inopiores quã cæteri, imo vero quo in maiore bonorum copia viuamus. quocirca non ea ſunt opera culpanda, quibus aliquis virtute ſocia locupletior euadit, ſed homines, qui eiuſmodi agendis peccant, ij demum reprehendendi ſunt. Veluti qui oratione fallunt, nec ea, ſicuti conuenit, vtuntur.

Ego

Ego vero profiteor me mirari, ſi non & ĳs, qui in illa ſunt ſentẽtia, & diuitĳs, & robori, & fortitudini conuitiũ faciant. Nam ſi ꝓpter falſos mẽdaceſq; eloquẽtiæ ſunt infenſi, par eſt eos cætera quoq; bona condẽnare. Qm̃ ꝑ hæc & deliquiſſe complures cõſtat, & nocuiſſe permultis. Sed profecto æquum nõ eſt, vt ꝓpterea vires accuſent, ꝙ quis obuiũ pulſarit, aut fortitudo, ꝙ occiderit. Deniq; hoĩm delicta rebus ipſis imputanda non ſunt, ipſi potius homines arguendi, q quidẽ bonis abutunt̃, quiq; ciues ſuos ĳs rebus ꝑgunt lædere, quis poſſent magno ope commodare. Verũ non ſic agit̃. Nam iſti hoc e rebus diſcrimine ſublato in omne diſciplinarum genus ſermoniſq; pectꝰ vlceratum geſtant. tantũq; eſt illorum peccatum, quanta ignoratio ipſos illi eſſe rei inimicos, quæ ex oĩbus, q̃ ſunt in humana vita, plurimorũ eſt bonorũ author. Nihil enim cęteris naturę dotibus a brutis animãtibꝰ ſeparamur. Quid ꝙ & robore & celeritate inferiores ſumus, aliĳſq; cõmodita
Oĩo tibus ꝑmultis. Verũ inſita nobis vi quadã inuicem ꝑſuadendi, explicandiq;, quęcũq; viſum fuerit, ſimul beluinam vitam exuimus. ſimul cõgregati ciuitates condidimꝰ, & leges inuenimus, & artes excudimꝰ, vt ſemel finiã, in oĩbus pene quæ a nobis ſunt excogitata, ſermone ſumꝰ vſu adminiſtro

præcipuo. Hic enim de iuſtis deq; iniuſtis, de turpib⁹ atq; honeſtis leges ſanxit, q̄bus non conſtitutis, haud poſſet cōmunio conſtare hoīm inter ſe. Sermone reprehendim⁹ malos, & eodē laudamus bonos. p eū inſtituimus rudes, ac de cordatis expimentū ſumim⁹, quippe dicere vt oportet maximum nobis argumētum ſolidi iudicij præbet. Quin ēt ſermo verus, legitim⁹, ęquus bonæ mētis & ſyncerę fidei ſimulachrum eſt. p hunc & de controuerſijs diſceptam⁹, & de incognitis cōſultam⁹. Quippe argumētis quibus fidem alijs dicentibus habeamus, eiſdē ipſis vtimur, quū rogati reſpōdemus. Et oratores q̄dē noīamus idoneos ad multitudinem dicere. Prudentes vero exiſtimam⁹, qui inter ſe de negocijs optime diſſerūt. Q; ſi aliquid de ſermonis virtute in vniuerſum pnunciandū eſt, nihil de ſapienter excogitatis citra ſermonis operā extitit. Etenī opum cogitationūq; oīm dux ille eſt. Et cordatiſſ. vt quiſq; ē, ita ſermone plurimum atq; appoſitiſſime vtitur. Quocirca ij, qui conuitiū in eruditos ac ſapientię ſtudioſos non reformidant iacere, haud aliter odio ſeſe dignos exhibent, quā qui deorum imagines contemerant. Equidem tantum abſum ab illorum mente, vt ēt eos ſermones complectar, q vel tenuiſſimam nobis vtilitatē adferūt. Sed illos pul

Orator

Prudens

Sermo nesRegedi•gni cherrimos eſſe duco regeq̃ digniſſ. ac ĩpriſ mis meipſo, q ad priuatas ptinent publicaſ q̃ fũctiones. & ex ĩjs maxĩe illos ſuſpicio, q tum principes monẽt quẽadmodũ ſubdi tis vtanť, tũ ſubditos, quo pacto ſeſe debeãt in principes gerere. quoniã ab ĩjs video ci• uitates tũ ampliſſ. tũ fortunatiſſ. fieri. Cæ• terũ p̃ceptiones illas quẽadmodũ regnum adminiſtrãdũ ſit, audiſtis ab Iſocrate. has alteras qd facto ſit op⁹ ĩjs, q̃ ſub regno de• gũt, ip̃e in p̃ſentia conabor exprimere. nõ hac fiducia, vt dicendo Iſocratẽ vincã, ſed qa maxĩe me decet hiſce de reb⁹ apud vos verba facere. Nã ſi mẽte ac volũtate mea vobis nõ declarata, vos cõtra ſentẽtiam aĩ mei quicq̃ cõmitteretis, æquũ nõ eſſet me vobis ſuccẽſere. at vero vbi p̃monuero qd vos agere cõueniat, tũ optima cauſſa de eo q nõ paruerit, licebit mihi cõqueri. Exiſti• mo eã eſſe expeditiſſ. ad vos exhortandos viã, et q̃ nõ mõ memĩeritis q̃ dicta fuerit, ſed ẽt ĩjs obtempetis, ſi nõ ſuaſero ſolum. atq̃ ita p̃ceptis, velut enumeratis, vos di• miſero, verũ expoſuero quoq̃ quã ęquum ſit, vt p̃ſentẽ ciuitatis ſtatũ diligatis, nõ tan tũ ob neceſſitatẽ, nec qa ppetuo ẽ nobis in illo viuendũ, ſed alĩjs ẽt de cauſſis. Princi pio qm̃ cætera regimina antecellit, tum q̃ ego principatũ obtineo non illegitimum, non alienũ, ſed iure ſancteq̃ quum ex ma•

loribus meis, tum vero ex pr̄e meo, & ex meipſo. Hæc ſi quis cõſyderarit, haud dubiũ, qui ipſe ſe ꝑ magni dãnatur⁹ ſit criminis, ſi monitis ac iuſſis meis non auſcultauerit. Et quantum ad Reſpublicas, in quibus ſumma eſt populi poteſtas attinet, hic enim exordiendũ cenſeo. graue mea ſententia oĩbus illud videbitur, nullam fieri inter ꝓbos atq; improbos diſtinctionem dignitatũ. At æquiſſimum atq; humaniſſ. iſtos diſcerni. nec diſſimiles accipere ſimilia, ſed cũ vnoquoq; ſic agi, vt dign⁹ ē. Porro principat⁹ ſiue paucorũ. ſiue populi oĩm exæquationes quærũt eorũ, q in Rep. verſantur. idq; maximopere ipſis probatur, ſi ſic res vniuerſæ conſtitutę ſint, vt nullus excellere alterũ vel honore queat, vel dignitate. id vero nullis vtilius ē, quã malis. At regnum, & vnius principatus ad hunc modum ſingula diſpenſat. vt plurimum ferat optimus. proximus huic merito, ſit etiam proximus præmio. tertius tertio loco. & in cæteris, prout demeritus quiſq; ē. Fortaſſis non in omni Rep. ſic res habent, ſed certe hoc eſt reip. inſtitutũ & finis. quocirca nemo eſt acutus rerũ æſtimator, qui expenſis hoĩm actionib⁹ atq; ingenĳs, nõ Reip. regnum anteponat. Eniuero qs hõ prudens particeps eiuſce Reip. velit eſſe, ĩ qua eũ ſua ꝓbitas nõ pl⁹ extollat, quã quẽ Reſp.

uis e vulgo, nempe quũ ſit quantũlibet bo
n⁹, ignot⁹ tamẽ. Regnũ igĩt tãto cẽſendũ
ẽ præcellẽtior & iuſtior Principat⁹, quanto
prompti⁹ ẽ vnius ſententiæ morem gere-
re, q̃ tot ac tã varĳs ingenĳs iudicĳſq; ſa-
tiſfacere. Puto aptum ex his fieri, quãtum
vnius imperiũ iuſticia, commoditate, faci-
litate, præſtantius ſit. Iam vt ſupet quoq;
ſiue conſultandũ eſt quid, ſiue agendum,
ex ĳs, quæ conducũt, licebit pſpicere ſi ma
xima & præcipua opa inter ſe collata ppẽ
derim⁹. In populari ciuitate qui ſuo anno
magiſtratum ſuſcipiunt, ad Remp. ad mo
uentur ignari ꝓrſus, quẽadmodũ ea mode
randa ſit. At Reges quum in eadẽ dignita
te pſeuerent, ẽtſi qui ſint ingenio tardiore
expimentis tamen fiunt prudentiſſ. Adde
ꝙ Magiſtratus in Repu. multorum hoĩm
curam non gerũt, videlicet eorũ, quos nec
minori putãt eſſe dignitate nec potentia, q̃
ipſi ĳdẽ ſint. Rex vero nihil prætermittit.
quũ ſciat ad ſe vnum curam oĩm ptinere.
Adhæc qui in Rebuſpub. verſantur, ſæpe
numero propter contẽtiones honorũ pu-
blicas vtilitates corrũpunt. Reges quũ nul
las habeant de Principatu æmulationes,
vnumquodq; q̃ optime poſſunt, adminiſ-
trãt. Præterea cões magiſtratus multa rei
publicæ negocia prætermittunt. Primũ ꝙ
optimã tpis partem priuatis rebus impar-
tiu

tiuntur.tum vbi in conſiliū ventum eſt, fre quentius eos videre eſt diſſentiētes, q̄ con ſulētes in cōe. At Reges neq; cōſilia habēt definita, nec deſignata tpa. ſed noctes & dies licet eis de publicis reb⁹ conſultare ac ſtatuere. ne qua elabat̄ occaſiuncula facien di, quod ſit in rē ſubditorū. Accedit his, q̄ populi magiſtratus peſſime ſunt inter ſe aīati. velletq; eorū quiſq; pniciose ciuitatē & ab ijs magiſtratibus, qui præceſſerunt, & ab ijs, q ſuccedēt, gubernari. quo maior ipſis per aliena flagitia gloria quæreretur. Reges vero tota vita domini eundē affe ctum continenter habent. Et quod oīm ca put & potiſſimū eſt, populares moderato res alij i Reip. curā intēti ſunt, vt alienę. a lij quod ſperēt idē rē ſuā priuatā auctū iri. Et ſelecto ex vniuerſa multitudine auda ciſſimo quoq; hunc ſibi in conſilium adhi bent. At Reges ſpectatiſſimis ſapientia cō ſiliarijs vtuntur, magniſq; illos afficiūt ho ribus. tum eos qui pollent facundia, tum negocijs obeundis aptiſſimos. Neq; vero in rebus, quæ domi, queq; in pace agunt̄, tantum antecedit Regnum communes ad miniſtrationes, ſed in bello omnia ſunt re gi, q̄ Reip. commodiora. videlicet copias parare, ijſq; vti, vt occultes omnia, quum velis. & ſimul collibitum ſit, proferas. vt alij vltro imperata faciant, alij quum vſus

poſ

poſcat, cogantur. & ab his emas neceſſaria, alijs curāda loces. Si qs nō habet verbis fi-
Exem plaRe gum dem, at reb⁹ habeat. Quis eſt qui quātum ſit Perſarum impium, ignoret? at illud nō ad eam magnitudinē ſapientia virorū pro uectū eſt, ſed conſenſu parentiū vni Regi. Præterea Dionyſius Syracuſanus quū reli quam quidem Siciliam vexatā vaſtatamq; ſuſcepiſſet, patriam vero ēt obſeſſam, ipſe nō mō Syracuſas p̄ſentib⁹ piculis exemit, ſed ſupra cunctas Græcas vrbes euexit. Ac cedit huc, q Carthagineñ & Lacedæmonij qui habere dicunt Reſp. optime inter Græ cos oēs inſtitutas, domi quidē paucorū gu bernatione degunt, at militiæ Rex impat. Licebit & ex ciuitate Athenieñ argumen tū ſumere. q̄ vna ſup cęteras vehementiſſ. nōi regio aſpa atq; infenſa eſt. Hæc vero quoties in bellū multos impatores mittit, res eius infeliciter cedunt. quum autem ab vno bellū adminiſtrat, ſupiora errata corri gunt. Qui poterit aptius, q̄ p iſta exempla demonſtrari, quantū monarchia ſit Reip. pręferēda? Videtis ſub ppetuo regno ma ximā potentiā. & apud eos, qui aptiſſime p paucorum adminiſtrationē regunt, quū militatum pdit, vni oēs parere, vel impera tori, vel regi. & quibus regnum atroci eſt odio, quum multos ad bellū pari poteſtate mittūt, magna detrimēta accipi. Quod ſi licet

aliq

aliq̃d ex vetuſtate repetere. Traditū eſt de Ex Fabulis.
os immortales regno Iouis ſubditos eſſe.
id ſi verum eſt, apparet illos regium imperium potius cenſere, quam populare.
Idq; ſi antea fuerat dubitatum, fiat iam planum teſtibus atq; authorib⁹ dijs, qui Ioui dicto audientes, profitentur præſtare vnum omnibus imperare, quam multos. Sed quot ſint Rerumpublicarum ſpecies rationeſq; nec inuentu facile eſt, nec explicatu. & quæ de illis ſunt a nobis in præſens dicta ſufficiūt. Nos vero quā congruenter principatum obtineam⁹, dicendū iā eſt tum breuius, quā cætera recenſuim⁹, tū ēt veriſſime. quęq; ſint oīb⁹ in cōfeſſo.
Ecquis vel fando non audiuit Teucrum authorem nobilitatis noſtræ adiunctis ſecum maioribus aliorum ciuium huc nauigaſſe. ipſiſq; & poſuiſſe ciuitatem & regionem diſtribuiſſe. patrēq; meum Euagorā alijs principibus varijs caſibus abſumptis, poſt ſuperata pīcula principatum recepiſſe. quod ita in poſterū firmauit, vt ne vnquā amplius poſt id tpis Phœnicib⁹ ſeruierim⁹, ſed ad eam familiam rediret regnū, quæ huic inſulæ impare conſueuiſſet. Reliquum eſt, vt de meipſo, quēadmodū promiſi, nōnulla loquar. verecunde quidem, ſed tamen vere, fiducia ſumpta de conſciētia, vt intelligatis talem vobis eſſe regem,
Teucer
Euagoras
Nicocles de ſeipſo

qui

qui non modo ex progenitorib⁹, ſed ex ſe ipſo & hac dignitate, & ſi licet dicere, ali quāto maiore haud quaq̄ ſit indignus. Eq dem ſic exiſtimo iuſtitiam & moderatio nē primum inter virtutes locum, ſententia omnium, obtinere. Siquidem illæ non per ſe tantum ſunt nobis vtiles, ſed ſi naturas rerum ac vires vſuſq; negotiorum diſpex eris, inuenies, quæ procul ab his abſunt vir tutibus, grauiſſima damna hoībus afferre. quæ vero his ſint tempata atq; condita, di ci non poſſe quantum iuuent humanā vi tam. Qꝫ ſi aliquos ex maioribus noſtris de hiſce virtutibus admiramur, opinor & ab hac laude non oportere me alienum cenſe ri. Iuſtitiā meā q dē hinc potiſſimum æſti metis velim. Nam quum obueniſſet mihi regnum primum pecunia exhauſtum, re gijs opibus penit⁹ cōſumptis. deiñ pturba tis negocijs, vt his maxīa cura & cuſtodia eſſet opus. quūq; intellexiſſem alios in eiuſ modi tēporibus quauis ratione ac via ſuis priuatis commodis ſolitos conſulere, ada ctoſq; multa contra ſuum ipſorū ingeniū admittere, nulla me tamen iſtarum rerum corrupit, quomin⁹ ſancte ac legitime ſingu la Regis munera obierim. nihilq; ex his p̄ termiſerim, quæ ad incrementa ciuitatis & felicitatem pertinerent. In ciueis autē tali ſum vſus manſuetudine, vt neq; exilia, ne

Iuſti tia Mode ratio.

ꝙ cædes, fortunarum neq; direptiones, neq; aliam calamitatem vllam ſub pricipa tu meo quiſq̄ viderit. quumq; nobis eſſet ob bellū, quod tunc inciderat, clauſa Græ cia, & nos vndiq; expilaremur, ego tamē plurima ex his damnis reſarſi alijs tantum dem largitus, quantum amiſerāt. alijs bo nam partem. ab alijs rapta precib⁹ recepi, cum alijs ſicut potui in gratiam redij. Præ ter hęc oīa, quum incolæ inſulæ huius gra uiter eſſent erga nos animati. & Rex Per ſarum ſub amicicıæ ſpecie male aduerſum nos cogitaret, vtrumq; incommodum ſuſ tuli, & Regi obſequētē me, & ſubditis iu ſtum præbendo. tantumq; abſum a cupidi tate alienæ ditionis, quātum alij ſi vicinos habeant paulo imbecilliores, ſubigendi il lorum occaſiones quærıtant. Ego vero de dentem ſeſe mihi regionem recuſaui, ſati⁹ ratus ſolam meā per iuſticiam poſſidere, q̄ per iniuriam multo ampliorē. Sed nihil vi deo neceſſe eſſe circa ſingula īmorari, præ ſertim quum generatī atq; vniuerſe liceat mihi dicere. Et quidem quum nullū mor taliū iniuria affecerī, plures tñ & meorū ci uium & cæterorū Græcorum beneficijs ac maioribus congiarijs doniſq; proſequutus ſū, q̄ reges alij, qui ante me fuerunt. Decet enī eos qui de iuſticia gloriantur, quiq; pe cuniæ videri contemptores cupiunt, habe

te magnifica hęc, quę de ſeipſis, quũ res po
ſtulet, poſſint prædicare. Cęterũ de tempe
Tépe rãtia illud amplius his, quę audiuiſtis, refe
antia rã, ꝙ quũ intellexiſſem hoĩes oẽs liberos,
& vxores maximi facere, grauiſſimeꝙ in
flãmari, ſi qua his ſit allata vis aut iniuria,
eãꝙ ſæpenũero magnorũ malorũ ẽe origi
nẽ, ac ꝑmultos tũ priuatorũ tũ ẽt principũ
ea de cauſſa peſſum iuiſſe, ſic ſemꝑ tãti ma
li ſeminariũ deuitaui, vt ex quo regnũ ade
ptus ſum, fœminã nullã, præter vxorem
meã attigeri. haud ignarus illos ab oĩb⁹ cõ
ꝓbari, qui alienis rebus minime iniurij ex
priuatis ſibi legitimas parant voluptates.
Itaꝙ illa oĩ tꝑe laboraui, ſimul vt ꝗlõgiſſi
me recederẽ ab eiuſmodi ſuſpicionibus, ſi
mul vt mores meos velut exemplum ꝓpo
nerẽ ciuibus meis ad imitandũ, edoctus in
ea ſtudia multitudinẽ ꝓpenſam ruere, ꝗ
vident ſuis principibus placere. Tũ & cõ
gruere arbitrat⁹ ſum, hoc debere reges pri
uatis hoĩbus eſſe meliores, quanto & præ
cellunt dignitate, rẽꝙ illos facere indignã,
qui ſubditos ſuos quum cogant honeſte
viuere, ipſi tamen non pæbent ſe illis mo
deratiores. Poſtremo cætera quidem aſpe
ra & dura facile quum viderem pleroſꝙ
hominũ æquabiliter tolerare, affectus ve
ro erga liberos & vxores etiã in viris opti
mis validiſſimos ac impotentes eſſe, vt il
lis

lis obſiſtere non queant, ſtudui in iſtis me temperantem oſtendere. in quibus non ſolum vulgum ſuperare contendi, ſed viros quoq; inclytos virtute. Damnaui præter hæc omnia flagicioſam illorum prauitatē, qui quum vxores duxiſſent, in vitæ totius communionem, non ĳs contenti, quæ celibes patrauerant, ēt proprĳs ſuis voluptatibus vxores mœrore afficerēt, a quib⁹ vxoribus ſi quid illis ſubaſperum cōtingeret, grauiter indignarēt. Quumq; in reliqua vitæ communione perq̄ commodos ſe exhiberent, in vxores tamen eſſent perincōmodi. in quas tanto conuenit viros eſſe leniores & tractabiliores, q̄ illæ in ſecretiſſ. vitæ noſtræ nobiſcum agunt, plurium & potiorum rerum noſtrarum participes. Ita fit, vt frequenter in ipſis intimis aulis ſeditiones ignari alant. & diſſenſiones poſt ſe relinquant. Decet eos qui regnum recte adminiſtrant, non modo ciuitates quibus pręſunt, in concordia continere, ſed ſingulas quoq; domos, deniq; loca omnia, quæ incoluntur. Hęc enim vniuerſa iuſtitię ſunt & moderationis opera. Circa liberos vero nec in eadem ſententia ſum, qua plerique omneis Reges. nec conuenire mihi cenſeo alios ex humilioribus fœminis tollere, alios ex genoroſioribus, vt hos quidem relinquam nothos, illos vero legitimos.

Vxores

Liberi

id magis nauabo operam, vt pari ſint mihi oẽs nobilitate & paterna & materna, referentes genus ex mortalibus quidẽ in Euagoram parentẽ meũ. ex Heroib⁹ in Aeacidas. ex dijs immortalibus in Iouẽ. nec vll⁹ ex me genitis, quantum a me præſtari poterit, hoc carebit ſanguinis decore. Et quũ alia permulta adhortant̃ me, vt in cœptis virtutum ſtudijs inſiſtã, tum nihil validi⁹, ꝙ ꝙ cerno & fortitudinem & fortunam & alia in vulgus probata multis quoq; malorum hominum contingere. Iuſtitiam vero ſapientiam, animi moderationẽ a ſolis bonis atq; excellentibus viris poſſideri. Quocirca pulcherrimũ duxi eſſe, ſi q̃s vel cæteris neglectis rebus, has tñ virtutes nanciſcatur, non habiturus eas cũ improbis hoib⁹ cões. quum ſint tamen præclariſſimæ, firmiſſimæ, maximæ, ſummis & ſingularib⁹ præconijs multo digniſſimæ. hęc conſyderans accuratius continentiã & iuſtitiã exercui, ꝙ reliqua oĩa, haſq; antepoſui voluptatibus non illis mõ, quæ ex operibus nulli⁹ precij veniunt, verũ ẽt ijs, quæ ex gloria per ſtrenuitatẽ parta, proficiſcunt̃. Experimenta vero virtutum non ſunt ex ipſarum tantummodo naturis ſumenda, ſed ſic potius. In difficultate rei familiaris exploramus iuſtitiã. in potentia moderationẽ. in iuuenta robur. In his ego oĩbus occaſionibus

Experimenta virtutum

bus ingenij mei documenta dedi, ſiquidẽ
relictus a patre pecuniæ indigus, eã iuſtitiã
præſtiti, vt nemini nocueri ciuiũ. Inito prĩ
cipatu ex ſumma rerũ oĩm licentia continẽ
tiorẽ me, q̃ priuatos expti eſtis. & vtrũq;
horum feci ea ætate, quę in plurimis hoĩm
circa res vitæ parum inſtructa eſſe, aut vti
conſilio ſolet. Verũ hæc ipſe ſupſediſſem
dicere, ſi apud alios verba facerem, non ꝙ
laudẽ fugiam, ſed ꝙ dicta forſitan fidẽ nõ
inueniſſent. Vos vero eorũ, quæ dixi, teſ-
tes habeo. Quapropter quũ eos, qui a natu
ra ſunt ad virtutẽ compoſiti, laudari atq;
admirationi eſſe par eſt, tum vel præci-
pue illos, qui virtutẽ ex inſtituto & propo
ſito capeſſunt. Nam qui caſu & nõ conſul
to bene agunt, caſu ẽt a virtute diſcedunt.
qui vero adulti iã illud obfirmant atq; infi
gunt aĩs maximũ bonorum oĩm eſſe vir-
tutẽ, indubie ꝑ totam vitã in eo propoſito
perſiſtunt. Idcirco tã difuſe & de meipſo,
& de alijs, ſicuti audiuiſtis, ꝑmultis locut⁹
ſum, ne quis reliqu⁹ fiat prætextus, quo-
minus oporteat vos libentes alacreſq;, quę
ego præſcripſero, quæq; ſuaſero, exequi.

Ergo præcipio, vt vnuſquiſquod ſibi
munus obuenerit, id diligenter ac fide
liter obeat. quorum ſi alterutrũ deſit, nego
cia vt praue gerãtur neceſſe erit. Nihil er-
go ex his, quæ dixero, prætermittatis. Eſt

Pręcepta Nicoclis Regis

enī vnūquodq; velut cuiuſdā corporis p̄s, quod ſine ea cōſtare non poteſt. Itaq; tāta eſt ſingulis cura adhibēda, quantū illud ipſum totum curatum vobis expedit.

Et mea ipſius non alio habete loco, quā vrō. neq; exiguū cēſueritis bonum, honorē, qui ad illos redit, qui res noſtras bona fide adminiſtrant.

Ab alienis manū continete, vt vrās ipſorum fortunas tutius poſſideatis.

Tales oportet vos alijs exhibere, qualē me cupitis erga vos.

Ne laboretis diteſcere poti⁹, quā bonā vobis æſtimationē parare, nequaquā ignari & apud Græcos, & aqud Barbaros illos q optime de virtutibus audiūt ingētibus bonis præfici.

Emolumēta quę p iniuriam quęrunt, ne diuitias credatis eſſe, ſed picula.

Nequaquā exiſtimandū eſt accipere eſſe lucrū, & dānū expendere, nā vtrūq; horū ex virtute eſtimandum eſt, nō ex ſeipſo.

Nihil ex iuſſis meis graue ſit vobis. quot quot enī vtiliſſ. ſe mihi prębēt, ij quoq; ex ea re vberrimos capiunt fructus.

Nemo veſtrum exiſtimet vel conſcientiam ſuam clam eſſe, nā & ſi corpore vrīs actibus abſum, aīo tamen putate me ſemp̄ pręſentem eſſe. quę cogitatio ſi apud animos veſtros valeat ſapientius vos & mo-

de

deratius geretis.

Nihil celaueritis, ſeu poſſidetis q̄d, ſeu facitis, ſeu meditamini, ſcientes metū ſemper earum rerum, quas occultare concupiſcitis, comitem eſſe.

Ne vafre aut tecte verſemini īter ciues. ſed ita ſimpliciter atq; apte, vt nemini facile ſit vos calūniari, licet maxime affectet.

Singulas actionū ꝑpendite, & illas exiſtimate reprobas, quas velletis me celare. illas autem ꝓbas, quæ ſi ad meas aures ꝑuenerīt, meliores vos de illis īpis iudicauero.

Ne reticeatis, ſi quos cognoueritis male erga prīcipatū meū affectos. ſed hos obiurgate. atq; arbitramini eodē teneri crimine & peccantes, & eos a quibus occultanī.

Felices iudicate nō eos, q ſi quid peccauerint, non deprehēdunī. ſed eos, q nihil peccant. Et hos dignos eſſe ꝓ meritis præmio. illos vero ꝓ delictis, ſupplicio.

Cœtus & congregationes citra meā approbationem nullas celebrate. tales enī conuentus, vt nō ſint in Rebuſp. inutiles, certe in regnis periculoſi ſunt.

Non ſolū a peccatis ē vobis abſtinendū, ſed ab ijs ēt exercitamentis, qbus neceſſe ē ſuſpiciunculam aliquam ſubeſſe.

Amiciciam meam tutiſſimam & maxime ſtabilem exiſtimate. coliteq; præſentem rerum ſtatū, nec reb⁹ nouis ſtudeatis.

non ignorãtes ꝑ eiuſmodi rerũ mutatiões interire ciuitates, & priuatas domus funditus concidere.

Nemo veſtrũ putet Reges aut cõmodos aut incommodos ex ſua ipſorum natura magis fieri, q̃ ex ſubditorum moribus. multi enim propter ſubditorum vicia coacti ſunt aſpius regnum adminiſtrare, quã ſuum ingenium ferebat.

Fidite non tam meæ mãſuetudini, quã vřæ virtuti. & me tutũ agere, hoc demum ſecuritatẽ veſtram eſſe ducitote. vt .n. res meæ ſeſe habuerint, ſic habebunt & vřæ.

Imperio meo morigeros atq; obſequentes vos præbete, ac ferte aĩs æquis regios mores, legeſq; a me datas cuſtodite.

In publicis ciuitatis functionibus, ĩ́ſq;, quæ a me fuerint conſtituta ꝑ magnificis, atq; ſplendidis facite.

Iuuenes ad virtutẽ exhortamini, nõ monitis tantum, ſed exẽplis veſtrarum actionũ, monſtrantes cuiuſmodi deceat eſſe viros bonos.

Docete liberos vřos modeſte ſub regno viuere, atq; illos huic rei aſſuefacite. Nam ſi parere prius didicerint imperio, multo dexterius poterũt deinceps imꝑare. quũq; euaſerint æqui ac fideles, participes erunt nřę fortune. Sin vero euadant mali, de ſua quoq; in periculum veniẽt.

Maxi

Maximā & ſtabiliſſimam hæreditatem putate vos filiјs tradituros, ſi illis meā bñuolentiam reliqueritis.

Infortunatiſſimos ac miſerrimos cenſete illos, qui fidentibus fidem non ſeruant. oportet enim eiuſmodi homines deiectis animis perpetuam vitam agere, non amicis magis, quā inimicis confiſos, ad omnia ſemp pauidos.

Aemulamini non locupletes, ſed eos, qui nullius maleficiј ſunt ſibi ipſis conſciј. Nam hæc demū ē vita iucundiſſima, q̄ p tranquilliſſimos affectus traducitur.

Ne crediderítis poſſe vos pl⁹ a malicia, quā a virtute adiuuari. ac reputate non de nihilo eſſe noīa rebus indita, taleq̄ eſſe q̄d q̄, quale nomē ſortitum ē.

Ne inuideatis iјs, quos ego ad ſumma euexi loca. ſed labore ac diligentia contēdite, vt illis exęquemini. cōuenit vos & illos amare, quos ego amo, vt eadem a me conſequamini, quæ & illi.

Talia me abſente cogitate, qualia dicitis præſenti.

Bñuolentiā erga me opibus magis declarate, quā verbis.

Ne aliјs ea feceritis, quę ſi vobis fierēt, ægre ferretis,

Quæ in ſermonibus reprehēditis, hæc operibus ne exeq̄mini.

Expectate talia vobis euentura, qualia de nobis cogitatis.

Ne ſufficiat vobis bonos laudaſſe, imitamini quoq;.

Sermones meos legẽ eſſe exiſtimatote, quã vt cuſtodiatis, annitendũ vobis eſt. ac ſcitote, ĩjs q̃ fecerint, quę ego volo, facultatẽ affore viuendi, vt ipſi volent.

Summa dictorum oĩm hæc eſto. cuiuſmodi cenſeretis debere in vos eſſe veſtros ſubditos, tales decet vos ipſos præbere erga meum principatum.

Quæ ſi feceritis, quid opus eſt, multis verbis explicem, quanti fructus conſequẽtur? Nam ſi ego talis eſſe pgam, qualẽ hactenus ſenſiſtis, & vos ſic in poſterum audiẽtes dictis ſitis, quemadmodũ hucvſq;, videbitis pfecto breui tpe & auctas fortunas vr̃as, & principatum meum condecoratum, & felicẽ vniuerſam ciuitatẽ.

Et quũ taliũ bonorũ gr̃a nullus labor recuſand⁹ eſſet, nullum piculum deberet videri formidandum, tamen vobis licet citra moleſtiam oẽm iuſtitia ſola & fide cuncta, quæ diximus, pleniſſime præſtare.

IOANNES LODOVICVS VIVES D. IOANNI EPISCOPO LINCOLNIENSI, a cōfeſſionib⁹ inclyti Britāniæ regis.

Audio pacificatorias aliquot legatiões vltro citroꝗ inter pricipes miſſas ac remiſſas, ꝗd reſpōſi ferant, ignorari. Mihi vero bellū hoc nec humanis virib⁹ excitatū, nec hoīm voluntatib⁹ videt̄ geri. Galli nihil magis cupiūt, ꝗ pacē. vos a bello abhorretis, Cæſar qetē exoptat, & a tot bellū auerſantib⁹, bellū trahit̄. pacē deſyderant, nec vſꝗ eſt illam repire. Quis nō videat eſſe voluntatē aliquā, quæ humana plus poſſit polleatqꝫ, cui⁹ impiis hęc agāt̄: quū pax inueniri nō queat, quęrentib⁹ eā iis, in quorū manu videt̄ reſidere, quū votis exoptāt, quos nos pręſtare poſſe credim⁹. Nō inter ſe belli geratur hoīm gen⁹, ſed cū Chriſto. Ideo pace indignū eſt. Nō eſt pax impiis. non eſt concordia ſuperbis. ſolus bon⁹ bonō amicus eſt. malus nec bono amicus eſt, nec malo. Ferūt paci orbis ꝓpemodū aliud nō obſtare, quam ꝙ neutra pars vult eam prior petere. Quid poteſt arrogantius aut ſupbius dici: quā hoc vere ex diaboli ſchola: ꝗ ꝓpterea ſempitern⁹ erit hoſtis deo, ꝙ

vt veniã petat, nunquã aĩm inducet. quãta ẽ veri ignorãtia? Si qs res ipſas acuti⁹ pſpi ceret, intelligeret nihil eſſe magnificenti⁹, nihil amplius, honorati⁹, excelſius, quã vl tro & priorẽ venire ad poſcẽdã pacẽ. Quid enim ẽ aliud faciamus pacẽ. quã reprima mus cædes, depellamus latrocinia, conſti tuamus concordiam reducamus & confir memus humano generi comercia, religio nem, lr̃as, diſciplinas, tranqllitatem, ſecuri tatem, gaudia. mundo nouã quandam & hilarẽ faciem. diſcutiam⁹ triſtitiã orbis. vi uant boni, & vigeant. malorũ vero & con ſceleratorũ hoĩm coherceat audacia? Hoc q prior dicat, q alterũ ad auxiliũ tãtæ & tã præclaræ rei aduocet, non video cur inho noratior habend⁹ eſſet, ſi non inimicus ho mo ſupſeminaſſet zizania, & veras rerũ naturas corrupiſſet. ac p ſolidis ac germa nis virtutib⁹ laudibuſq; deprauatiſſ. opini ones humanis mentib⁹ ingeſſiſſet. Narrãt hiſpani nautæ, eſſe in nouo iſto orbe, quẽ reperũt inſulas quaſdã, inter quas ſi bellũ incidat, honeſtiſſim⁹ & ſit, & habeatur, q pacem ab hoſte roget. alterũ ſceleſtũ, & oĩ bus in cõe hoſtẽ, q rogatã neget. & indi gniſſime eos ferre quorũ hoſtes in poſtu lãda pace ipos ãnuerterint, officio pulcher rimo, ad illorũ ſententiã, atq; ampliſſimo. Quid nobis lr̃æ? qd humanitas pdeſt? qd

Mos noui orbis

tot artes vitæ? tanta educatio? quid magiſteriũ Dei oĩpotentis? cũ inter hæc tã admirabilia corruptiſſ. geram⁹ naturæ iudicia. Illi rudes & barbari populi, citra lr̃as, citra cultũ oẽm, & pietatẽ, veras ſanaſq; opiniones a recta & pura natura edocti ſunt. Verũ nr̃a hęc mala inuexerũt duo inexhauſta vicia illis hoĩb⁹ incognita, ambitio, & auaritia. quæ ad ſummũ ꝑfecta efficiunt, vt nihil vlli ſufficiat, quũ aliqd ſemꝑ deſit altiſſimo gurgiti cupiditatis. Itaq; nec nos vllæ opes iã capiunt, nec vlli honores explẽt. Animalcula, qbus & in alimẽta viuẽtiũ, & in ſepulturã mortuorũ dimidium agri iugerũ ſufficit. cogitatione ꝑ terras oẽs ac maria circũuagamur, oĩa turbantes, concutientes oĩa, dum aĩ libidinib⁹ obſequimur, nec nos fragilitatis nr̃æ, & quorſum euaſuri ſim⁹, vel quotidie cadentiũ numer⁹, vel ipſi corporũ nr̃orum morbi admonẽt. Quis nõ ceu monſtrũ deteſtet in tanta naturæ infirmitate tantã ineſſe ferocitatis ac maliciæ firmitatẽ? Geramus bellũ, & vincam⁹ Turcæ deuoraturo & victũ acciſum, & victorẽ laſſum. Sic minorũ aĩalium pugnas aquila dirimit, vt vtrũq; abſumat. Si natura cõſtitutũ eſſet, vt iſti corpuſculo nõ niſi magna terrarũ & maris ſpacia poſſent ſatiſfacere, illa eſſet forſitan culpãda, ſi noſtri tuendi cauſſa, hos tumultus longe & la

Ambitio

Auaritia

te

te excitaremus. nunc ſaccul⁹ iſte anguſtus tā exiguis reb⁹ nō plen⁹ mō, ſed ēt redundans, tācito piturus quātas mouet tragœdias? Prouidentiſſ. natura, q̄ vt nemo hōi homo noceret, corpora nobis tribuit pauciſſimis explebilia. quo fraudes atq; iniurias mutuas iuſti⁹ tanq̄ nr̄o ipſorū teſtimonio cōdēnaret, & ſcelera nobis eſſe vnis imputāda cōuinceret. Cæterū nos obliti naturę, obliti dei in mutuū exitiū concurrim⁹. Hęc quottidie audim⁹, ſed rimoſis aurib⁹. quottidie cogitam⁹, ſed fluxa mente. eoq; viciorū ventum ē, vt iā & morbos p̄ ſanitate cōplectamur, remediaq; rideamus tanq̄ ſenū delyrantiū inuenta. Verū hāc aſtutā & inſipidam ſapientiā dn̄s oſtendet eſſe merā inſaniā, & palā in illo ſuo die, quū iuſticia cōuertet̄ in iudiciū. & occultius aliquāto, quū vnuſqſq; hoc corporis īuolucro ſolut⁹ ſiſtet̄ tribunali ſuo iudicis iuſti & ſeueri. Qui ēt in hac vita interroget̄ ſeorſū reputatio cui⁹uis horum, q magna arrogantia ꝓfitentur humanam ſapientiā, qualis ſapientia ſit noctes & dies odio, inuidentia, tumore, elatione aī, iracundia, fraudib⁹, impoſturis, terrore agitari, lacerari, diſtorqueri. neq; diurna pace, neq; quiete nocturna perfrui. Hęc videlicet eſt ſapientia hoīm. hæc magnitudo p alienā pniciem miſerū eſſe. Hucuſq; ꝓuectus ſum iuſto dolore ob mala ætatis

hui⁹,quũChiſtiana gens eiecto reſpectu oĩ Charitatis euangelicæ,& Chriſti ſui imme mor virib⁹ ſuis ad ſe pdendum abutiť.nec vnq̃ ipſa in aptius aut maius ſeſe adduxit diſcrimen. imminente occaſioni ſuæ hoſte potentiſſ. abalienato Chriſto a tam fœdo & deſertore populo.q̃ relictis eius ſanctiſſ. ſignis ad viciorum oĩm & idololatriæ caſtra pfugit, tranſlato dei honore ad hoĩes & metalla,vt qui accuratius tractam⁹,quę ſunt mortalium hominum, quã quæ Dei viuentis in ſecula ſeculorum.Idcirco ita viuimus & agimus velut filij abdicati,vt repulſi a tutela & curaDei videamur dimiſſi noſtræ ſtultitiæ,cuius vnius opera ſunt clades,& ruina,& miſeria omnis Europæ totius.At inter hæc labijs Deum pacis honoramus, quum corda infecta ſint hoſtili inter nos & cruento odio.non Principes modo,ſed priuati etiam,qui maximam & árctiſſimam amicitiam prę ſe oſtentant. vt nunc verius,quã ætate vlla alia,dici poſſit, oĩs hõ mẽdax.Necad hoĩes ſolũ,quodvtĩ ꝙ ferendũ vix eſſet,aliud gerim⁹ ore aptũ ſicut inqt ille,aliud clauſũ pectore,ſed erga deũ quoq; nefaria obliuione nõ reputãtes illũ cogitat⁹ nr̃os acuti⁹ inſpicere, quã nos ĩpos.Loqmur tanq̃ filij dei,viuimus tanquã eius hoſtes.Sed finem faciam,præſertim apud te, qui hæc neq; ignoras,& corre

recta velles. vtinā melioribꝰ monitis nō tā ta eſſet obiecta ſcelerum noſtrorū moles. De cōiugio meo alias ad te ſcripſi. Ricardus Patus ſororis tuæ filius, & Antonius Barcherus cliens tuus mira alacritate in ſtudiorū ſtadio decurrūt. nihil illis opus vel incitatoribꝰ vel frigida. quod ſcio multo tibi gratiſſimum eſſe. Vale mi pater. Octauo die Iulij. 1524. Brugis.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

BRVGIS. typis Huberti de Croock.
Anno. M. D. XXVI.
Menſe Decemb.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI
ANT
1319011

B
VITT